

Kopia Poprawy Ordynacyi dobrego Porządku
dla M. Krakowa, z r. 1750.-

Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq̀ nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis: Intercessisse antea Decretum in Judicijs Nostris Assessorialibus inter Generosum Instigatorem Regni ejusq̀ Delatorem Famatum Thomam Mierniküewicz Civem Tabernatorem Cracoviensem Prosecutionum Actorem ab una, atq̀ Instigatorem Civilem Cracoviensem tum Nobilem et Spectabilem Magistratum ejusdem Civitatis Nostræ Cracoviensis Prosecutionum Citatos ab altera nec non Generosum Instigatorem Regni ratione Convulsionis Ordinationum Privilegiorum aggravationis et depauperationis Viduarum: Intervenientem Parte ex Tertia, sub Actu

hic

hic Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Festum Sanctæ Annæ Matris Beatissimæ Mariæ Virginis proxima Die scilicet Vigesima Octava Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto ex serijs Partium Controversijs prolatum. Et quidem ex Actoratu Famati Miernikiewicz contra Nobilem et Spectabilem Magistratum Civitatis nostræ Cracoviensis et Nobilem Choroszowicz Instigatorem Civilem idq in Causa et Actione Judiciaria ratione ejusdem Famati Miernikiewicz protunc Officium Senioratûs Communitatis et Contuberniorum gerentis ex quodam pretextu acsi non Responsionis ad propositionem Nobilis ac Spectabilis Magistratus Cracoviensis Communitati intimatam adinvento ad Carceres et Multctam Condemnationis tum Officio Senioratûs tam in Communitate quam in Contubernio privationis ac pro incapaci ad eadem Officia in perpetuum declarationis, et in locum ejus alterius Constitutionis propositione Originali et Decreto Officij Consularis Cracoviensis in se latioribus existente primo Coram Officio Consulari Cracoviensi instituta ibidemqȝ agitata ac demum per Viam gravaminis ad Nos et Judicia Nostra Assessorialia devoluta

voluta. Quo Decreto Nostro exauditis Partium Controversiis. Quoniam Officium Consulare Cracovien. praetendendo inobedientiam Famati Miernikiewicz protunc Senioris Communitatis et Contuberniorum Cracovien. ex ratione ac si non responsionis propositionibus Nobilis Magistratus in scriptis datis non debita juris via contra Eundem processerat, verum post litis Contestationem negativam sine Inquisitionibus eundem praecipitanter ad Carceres et mulctam condemnaverat, Officio Senioratus privaverat, et incapacem ad illud et alia declaraverat, statimque Ipsum detinendo mulctam Centum Marcarum ab eo exegerat. Idcirco retractata et Cassata Sententia ejusdem Officii Consularis Cracovien. eundem Famatum Miernikiewicz ad pristinum honoris sui Civilis Gradum restituendum esse decreveramus, et Capacem esse Officiorum Senioratus et aliorum eligibilemque in futurum ad Senioratum Contuberniorum declaraveramus, eique Centum Marcas exactas restituere demandaveramus, ac nihil nocere debere praemissa bonae famae Ipsius declaraveramus, et Ipsum usque ad decisionem Commissionis Nostrae circa Officium Senioratus Conservaveramus. Quia vero Nobilis et Spectabilis Magistratus Cracovien. respectu inobedientiae Magistratui suo debitae et aliarum inconvenientiarum

contra

contra supraescriptum Famatum Miernikiewicz proposuerat, Actionemq Instigatoris sui Civilis eo nomine ipsi instituerat, Ille verò circa Litis Contestationem negativam in Nobilem Seniorem Collegij Scabinorum culpam retorquebat, seseq ab objectis Instigatoris Regnj et Nobilis Magistratus per Inquisitiones emundare voluit et insimul contra disordinem tum intuitu sui Communitatisq Aggravationis Contributionum Civilium plus justo exactionis judicialiter quaerulabatur Commissionemq ad emundandum sui in praemissis objectis tum ad cognoscenda et inquirenda gravamina totius Communitatis nec non ad effectum reddendi Calculi de Proventibus Civilibus atq propter Constituendum bonum Civitatis Ordinem decerni expetebat. Ipsiusq Supplicationi Suprafatus Generosus Instigator ad eandem Causam adhaerebat, idcirco providendo tranquillitati et Bono Ordini Civitatis Nostrae Cracoviensis,* ac Communitati illatis occurrere cupiendo suspensa Cognitione Competentis Actoratus et Actionis per Instigatorem Civilem Cracoviensem eidem Famato Miernikiewicz instituta damnisq et Litis expensis per inordinatum Processum contra eundem Famatum Miernikiewicz formatum ad finem Litis

* ac praejudicijs Bonis etiam Thesauro nostro Magnae Curationis Arcis Cra[...]*

tis reservatis admissaq Interventione Generosi Instigatoris Regni pro munere Officiy sui agentis necessariam esse Commissionem et Inquisitionem decreveramus, et ad eandem expediendam certos Commissarios Nostros motu Judiciy Nostri assignaveramus. Eidemq quatenus capsato et inter se constituto certo die et tempore competenti praevijs Innotescentiarum suarum Literis ante Terminum duabus Septimanis ponendis ad Civitatem Nostram Cracovien. condescenderent, ibidemq absentia nonnullorum modo tres adessent minime obstante fundata Jurisdictione sua Commissoriali ante omnia ad restitutionem Marcarum Centum Famato Miernikiewicz praestandam Nobilem Magistratum Cracovien. stringerent Eundemq Famatum Miernikiewicz ad Officium Senioratus restituerent Famatum Rempski ab eodem Officio amoverent et post Libellum Instigatoris Civilis et Incolarum Cracoviensium Communitatisq si ad Causam intervenire voluissent, gravamina praetensionesq mutuas exaudirent, connotarent atrum ad propositionem Nobilis Magistratus tertio Ordini Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio idem Tertius Ordo per suum Seniorem re-

spondeum

sponsum inscriptis dederit, et utrum respectu
frameorum et gladiorum per artifices non por=
tandorum ab eodem Tertio Ordine resolutio
data fuerat, et an secundus Ordo sine consen=
su Tertij Ordinis eandem transformaverit
nec ne? inquirerent eandemq Propositionem
Nobilis Magistratûs et Responsum duorum
Ordinum praelegerent utrum inter se dis=
crepabant, considerarent, Visionem quoq
Bonorum Patrimonialium Civitatis si fue=
rint desolata? et qualis ex ijs proventus an=
teactis temporibus fuerint, et per quem ae
cujus Occasione? ac in quos usus ijdem
proventus conversi fuerint sciscitentur
Calculum: de ijsdem Proventibus Bonorum
Civitatis et alijs Proventibus Generalibus
ac Contributionibus à Nobili Magistratu
et Generalis Civitatis reciperent, Contractus
Arendae eorundem Proventuum Civita=
tis perlegerent an justo pretio et observa=
ta plus Offerentia initi fuissent animad=
verterent, et de omnibus alijs praejudici=
js tam à Nobili Magistratu Communita=
ti vel particularibus, quam Nobili Magis=
tratui Confraternitatibus et Contubernijs et
signanter Tabernatoribus ac toti Commu=
nitati per quamcunq Personam illatis se
se informarent et quos opus fuerat ad Ju=
dicium

dicium suum adcitarent Iura adcitatorum et Con:
tubernij Braxatorum Cracovien. revidérent, Ci:
vibus et alijs Incolis Cracovien. ac Contubernio
Braxatorum et Contubernalibus alijs praejudi:
care, et ex locis per Iura Civitatis prohibitis Cere
visiam et alios liquores sumere auderent /: non
tangendo Braxatorum Magnae Procurationis
Arcis Nostrae Cracoviensis :/ inhiberent et super
renitentes rigorem imponerent, ad bonum Ordi:
nem Civitatis reducerent, omnesq abusus ab:
rogarent, et tollerent, Inquisitiones ex Testi:
bus fide dignis rei Notitiam habentibus De:
positiones suas Iuramento corporali cum
data Causa scientiae comprobaturis expedirent
totumq negotium principale tam inter Insti:
gatorem Civilem et Famatum Miernikiewicz,
quam cum Communitate, et alijs qui interve:
nirent, et adcitati fuerint punctatim cognosce:
rent, deciderent et definirent, Appellatione non
nisi à sola definitiva Sententia sua Parti gra:
vatam se praetendenti in Cathegorijs tantum
indecisis ad Iudicia Nostra salvamanente Com:
missionem et Visionem in aperto Inquisitiones
autem in occluso Rothulo Partibus extraderent, et
ad Nos Iudiciaq Nostra remitterent, commise:
ramus, prout idem Decretum Nostrum fusius
in se obloquitur. In virtute cujus Decreti ijdem
Commissarij Decreto suprascripto Nostro astri:
gnati Literas Innotescentiales Nobili et Spe:
ctabili Magistratui nec non Nobili Iosepho
Laskiewicz pro illo tempore Seniori Scabino

atq Nobili Instigatori Civili tum Nobilibus et Spectabilibus Consulibus tam protunc existenti quam Antecessorum Successoribus ac quibusvis Proventuum Civilium Exactoribus Bonorum Civilium Tenutarijs Administratoribus et alijs ad eandem Causam spectantibus Ad Instantiam Generosi Instigatoris Regni ejusq Delatoris Famati Miernikiewicz Tabernatoris et Tribuni Plebis extradiderant, in Terminoq ex ijsdem Literis Innotescentialibus in diem trigesimam Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quinto provenienti ad Praetorium Urbis Nostrae Cracoviensis condescenderant, ibidemq Jurisdictionem suam Commissorialem fundaverant, et eandem voce Ministerialis Regni proclamari et Partes ad inscribendam Comparitionem acclamari fecerant taliterque acclamatae, et quidem Generosus Instigator Regni Indicens per Generosum Lenczewski Subdelegatum Castrensem Cracoviensem Plenipotentem inscriptum personaliter Famatus Thomas Miernikiewicz Civis et Tabernator atq Seniori Contuberniorum Mechanicorum, Actor Citatus et Indicens personaliter, Nobilis et Spectabilis Magistratus personaliter, Nobilis Instigator Civilis personaliter, Successores olim Nobilis ac Spectabilis Francisci Toriani Consulis Cracoviensis

et Lenciani

et Lonhaeri per Nobiles et Spectabiles Franci:
scum Soldadini suo et Consortis suae nomi:
ne atq Carolum Toriani Consules suo et ali:
orum Consuccessorum nomine persona:
liter Nobilis ac Spectabilis Michael Awe:
dyk Consul Cracoviensis uti Praedij Dam:
bie Nobiles et Honorati Antonius Burczyn:
ski Laterificij Georgius Koturlinski Prae:
dij Piaski Jacobus Bylica Kawiory dicto:
rum ejusdem Urbis Fundorum Tenu:
tarij personaliter, Nobiles et Honorati
Joannes Tomaszkiewicz Senior, Christi:
anus Seingling Baltazar Szulc Scabi:
ni personaliter, Blasius Lesniewicz,
Baltasar Hintz, Antonius Tobiaszowski
ex Ordine Mercatoriali, Albertus Zey:
dler Simon Fludzinski Mathias Klimkow:
ski, Paulus Wagner, Lucas Rozworski, Mar:
tinus Sienkowski ex Ordine Machanicorum
Deputati suo et tam Mercatorialis quam
Machanici Ordinum nomine personaliter
Contuberniorum Tabernatorum per Toma:
tos Thomam Miernikiewicz et Andream
Gawronski Seniores personaliter Compa:
ruerant; Post inscriptam Comparitionem
Judicium Commissoriale Partibus ad Men:
tem Decreti Nostri procedere mandave:
rat. In Procedendo quo ad Cathegoriam Re:
sti:

stitutionis Famati Miernikiewicz ad Officiũ Senioratûs Decreto Nostro suprascripto injunctæ attenta agnitione Judiciali Famati Miernikiewicz super ejusmodi Restitutione sui ad dictum Officium Visisq̀ tam recessu Officioso ab eodem Officio per Famatum Rembski facto quam et Evictatione Officiosa Nobilis Instigatoris Civilis de recepta summa Centum Marcarum per Nobilem ac Spectabilem Magistratum exsoluta per Famatum Miernikiewicz recognita. Ideo Judicium illud Commissoriale tam Nobilem et Spectabilem Magistratum quam et Famatum Stanislaum Rembski hoc in puncto satisfecisse Decreto Nostro declaraverat eosdemq̀s liberos fecerat et pronuntiaverat. Quod vero spectat punctum ratione Libelli Nobilis Instigatoris Civilis ac Propositionis per Nobilem ac Spectabilem Magistratum Ordini Machanico in Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio ad Consultandum et respondendum inimatæ, tum responsi per Communitatem suo Seniori in scripto porrecti nec ne Judicium Commissoriale suspensa decisione ejusdem Cathegoriæ pro sufficienti Judicij sui informatione necessariam hoc in puncto esse inquisitionem coram

ram Judicio suo expediendam adinvene:
rat et eo fine Jurisdictionem suam ad Diem
primam Octobris Anni ejusdem Millesimi
Septingentesimi Quadragesimi Quinti li:
mitaverat. Post expeditas itaq̀ hinc inde
Inquisitiones in Termino ex eadem Limi:
tatione provenienti Partibus comparenti:
bus cum Famatus Miernikiewicz suo et Com:
munitatis nomine Comparitionem Nobi:
lis Valentini Kajerski Syndici Urbis Cra:
coviensis Necessariam fuisse inferret Pro:
testationemq̀ coram Actis per se contra
Eundem factam produceret. Ea propter
Judicium Commissoriale Nobilem Kajer:
ski uti commissarium inconvenientia:
rum redarguitum teneri comparatio:
nem ex Persona sui inscribere Sententia:
verat, idq̀ in instanti, in satisfactionem ejus:
dem Decreti Praefatus Nobilis Kajerski per:
sonaliter se sistendo coram eodem Ju:
dicio Commissoriali comparuerat, contra
quem Famatus Miernikiewicz suo et to:
tius Communitatis nomine proposu:
erat ex adverso vero idem Nobilis Kajer:
ski poenas temere litigantium super
Famato Miernikiewicz extendi et se
à Termino liberali exposceret, Nobi:
lis

lis quoq ac Spectabilis Josephus Laskiewicz
pro tempore capta Causa Senior Scabinus
et sub tempus agitatae Commissionis mu-
nus Consulatus Gerens Inquisitionem
ex Parte sui ex Testibus Congregationis
Mercatorialis deducendam offerret unaq
cum Fratris Francisco Kamienski
Rothmagistro Urbis et Martino Oracze-
wicz personaliter comparentibus Dila-
tionem educendarum Inquisitionum
flagitaret, Judicium idem Commissa-
riorum Nostrorum expetitam Dila-
tionem modo in anteriori Termino
praescripto educenda cum facultate Da-
mato Miernikiewicz Inquisitiones
suas si opus fuerit supplendi con-
cesserat, et Jurisdictionem suam ad
Feriam Quartam deinde ad Feriam Ter-
tiam post Festum Sancti Francisci
Confessoris proximam Anno eodem
Millesimo Septingentesimo Quadra-
gesimo Quinto limitaverat cum con-
servatione Termini. QUO in Ter-
mino ex Limitatione eadem prove-
nienti cum Partes modo quo supra
comparerent coram Judicio eodem
Commissoriali et exceptionem Testiũ
ex parte

ex parte Innotescita apponerent, Iam vero Actorea eandem exceptionem non esse Juridicam allegaret. Judicium illud Commissoriale Testes excepstuatos videlicet Honatos Tomaszkiewicz et Szulc, nec non Fntos Buchler et Wronski uti per Manifestationes de complicitate redargutos et per Interrogatoria inculpatos à Testimonijs removibiles esse declaraverat reliquos vero Testes in porrectis Interrogatorijs specificatos ad perhibendum Testimonium admiserat, et Jurisdictionem suam cum Conservatione Termini ad Feriam Sextam ipsum diem Festi S^tae Hedvigis Diem scilicet Decimam Quintam Mensis Octobris Anni ejusdem Millesimi Septingentesimi Quadragesimi Quinti limitaverat. In QUO TERMINO post eductas Inquisitiones Suppletorias Comparentibus Partibus et inter se controvertentibus quibus exauditis Judicium Commissariorum Nostrorum ante Omnia Nobilis Instigatoris Civitis Libello et Processu ex Commisso ac Conclusione Magistratus Cracoviens

sub

sub data Die Vigesima Octava Junij Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio contra Famatum Miernikiewicz Seniorem Communitatis formato per omnes Circumstantias trutinato, ad indagandas et investigandas Propositiones Magistratus in eodem Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio Mercatoriali et Mechanico Ordinibus ad Consultandum porrectas, tum responsa praedictorum Ordinum et praecipuè Tertij Ordinis per Nobilem ac Spectabilem Laskiewicz protunc Seniorem Scabinum compilata ante motam Litem intercedentia accedendo, facta revisione Colloquiarij Officij Consularis Cracoviensis cum Seria Confrontatione expedita ad lectionem Inquisitionum per Partes in Comparasione Specificatas et ad praesentem Cathegoriam intrantes coram Judicio praesenti repositarum et Juramento Corporali super incorruptione Testium |: excepto Adato Kamienski protunc ex permissione Divina infirmita:

tc

te laborante comprobatarum conde:
scenderat. Quibus Lectis Quoniam ex
Conformibus Tertium utriusque Partis
Depositionibus, tum ex Propositio:
nibus et responsis in colloquiario per
Nobilem Notarium Officij Consula:
ris Cracoviensis circa agitationem
praesentis Cathegoriae reproducto an:
notatis evidenter patuerat: Quomo:
do prima propositio Magistratus
sub Data die Sexta Maij Anno Domi:
ni Millesimo Septingentesimo Qua:
dragesimo Tertio ad Tertium Ordi:
nem emanata fuerit, et sine quavis
intimatione de armis per artifices
non portandis eidem Ordini Mecha:
nico porrecta extiterat, nihilominus
tamen Nobilis ac Spectabilis Laskie:
wicz pro illo tempore Senior Scabi:
nus in responso verbaliter ab eadem
Communitate recepto Fundamentum
sub Data die Decima Quinta Maij
Anno Millesimo Septingentesimo
Quadragesimo Tertio per se Compi:
latum contra mentem et intentionem
ejusdem Tertij Ordinis totiusque Com:

mu:

munitatis proprio motum in eadem Ma=
teria Desiderium ac si per eandem Com=
munitatem Affectatum praeter omnem
intentionem Communitatis ejusdem
eo Magis praeter Contextum Consulta
tionis opposuerat, Deinde post Subal=
ternam propositionem Ejusdem Ma=
gistratus sub Data inferiori nempe
Die Decima Julij Anno Millesimo Septin=
gentesimo Quadragesimo Tertio emana=
tam et Tertio Ordini Mechanico ad Con=
sultandum porrectam acsi satisfacien=
do desiderio Communitatis per Eundem
Ordinem nunquam praemeditato Dum
praefata Communitas ad Stubam Con=
siliorum suorum sub Senioratu Fa=
mati Miernikiewicz vota sua expedi=
verat, et ad illud punctum sub Nume=
ro Octavo positum de Armis nempe
Frameis et Gladijs per Famulos seu
Socios vulgari Sermone Czeladz di=
ctos tam Mercatoriales quam Mecha=
nicos et alias vagabundas Personas
needum in Statu Civili Constitutas /:
exceptis Officialibus et Civilibus Inco=
latum et Possessiones firmas haben=
tibus:/ alias Juxta antiquam Consve=
tudinem Civibus Cracoviensibus
servi=

servientem unanimiter concluserat et cum sua ejusmodi Consultatione praedictum Spectabilem Laskiewicz Seniorem Scabinum adierat, suumq̃ responsum in eadem formalitate superius recensita expresserat, taliterq̃ et non aliter in eodem responso Magistratui porrigendo connotari affectaverat, Suprascriptus vero Spectabilis Laskiewicz Senior protunc Scabinus responsum praefatae Communitatis rejiciendo paratum Instrumentum per se compilatum habens ejusmodi essentialia responsi Communitatis de non portandis Armis cum explicita distinctione et acceptatione exprimere noluerat, Iterum expetitus suum partum Instrumenti immutare renuerat, ac ideo idem Tertius Ordo tantam renitentiã et affectatos Sensus ejusdem Nobilis ac Spectabilis Laskiewicz absoluta sua potestate contra Mentem totius Ordinis Mechanici formatos considerando ab ulteriori Continuatione Sessionis recesserat; Iam verò Famatus Miernikiewicz Senior post recessũ Communitatis nullam sibi soli competere Activitatem consequenter super immutationem Responsi per totam Communitatem formati se consenti-

re

re non posse intulerat ac eundem Nobi=
lem ac Spectabilem Laskiewicz cum Or=
dine Mercatoriali ad Magistratum pro=
perantem solus in Persona sequi non
valuerat nihilominus praedictus Senior
Scabinus non attenta ejusmodi consi=
derabili illatione tantum cum Ordine
Mercatoriali Stubam Magistratus de=
uendo et responsum per se formatum
exponendo praefatum Famatum Mier=
nikiewicz non solum Contradicentem
sed Communitatem ac si ad Seditionem
et Rebellionem concitantem insimu=
laverat, Suprascriptus verò Nobilis ac
Spectabilis Magistratus ad Simplicem
praefati Senioris Scabini Delationem
nulla praemissa rei taliter vel aliter ge=
stae indagatione vel Odio quodam prae=
habito et praecedentibus stante Senio=
ratu Famati Miernikiewicz in respon=
sis Communitatis expostulationibus
et requisitionibus meliorem Ordi=
nem in Administrandis Bonis Ci=
vitatis reddendoq; Calculo de Proven=
tibus et depositorum rationibus to=
ties quoties urgenter servata tamen
modestia et observantia Magistra=
tui debita frequenter intimantis
et

et justè expetentis eundem Famatum Mierniķiewicz in instanti vocandum constituerat. Qui ad primam per Bedellum in propria Mansione sui requisitionem coram Nbli ac Spectabili Magistratu Comparens, licet quidem suae absentiae rationes recedente Ordine Mechanico exposuerat et non ex aliquo contemptu vel inobedientia id factum fuisse justificaverat, Nihilominus praedictus Magistratus non admissa justificatione ejusdem Famati Mierniķiewicz peremptorie citandum ad Instantiam Instigatoris Civilis ad Officium suum ratione asi contemptus sui tum inobedientiae ac Seditionis decreverat, taliterq Citatum ad simplicemq narrationem insimulatum, beneficijs Juris ad Justificandum et ab Objectis expurgandum non admissis, neq Inquisitione concessâ magis spiritu vindictae, quam motivo Justitiae peremptoriè et summario processu judicaverat, multa pecuniaria sessioneq carcerum atq abjudicatione Officiorum in perpetuum Eundem Flum Mierniķiewicz affecerat, nec Appellationem ab ejusmodi Decreto ad Nos Judiciaq Nostra Assessorialia per Citatum

tum Famatum Miernikiewicz interpositam ad:
miscerat; Quinimo eundem Famatum Mierni:
kiewicz bene possessionatum et ad Nos Judi:
ciaq Nostra Assessorialia in tam evidenti
gravamine appellantem eo instanti
post publicationem Decreti sui non de:
scendendo de Prætorio in Carceribus
detineri mandaverat; Deinde non at:
tentis Literis Prosecutorialium Nostra:
rum sibi intimatis non aliter demit:
tendum declaraverat nisi prius solu:
tis Marcis eodem Decreto sibi adju:
dicatis; Insuper Officio Senioratus
privatum licet postea in responsis
Literarum missilium ad Supremæ
Authoritatis Personam de ejusmodi
progressu eosdem redarguentem di:
rectis ad pristinum Statum nempe
Officium Senioratus reinducendum
se obtulerat nihilominus non re in:
duxerat quinimo Anno protunc sub:
sequenti in Electione Senioris Com:
munitatis Contubernijq Ordinis
Mechanici vota et Calculos pro alijs
Personis in eundem Famatum
Miernikiewicz currentes idem No:
bilis et Spblis Magistratus per Nblem
Syndicum Electionem liberam
depravari fecerat, intimando ut
quemcunq voluerint Contubernales

les eum in Seniorem elegissent non tamen Famatus Miernikiewicz uti Personam sibi Odiosam, Qui Nobilis Syndicus mandata ejusmodi exequendo viva voce clare et expresse in Sessione Electionis publica praemissa omnia Communitati praefatae intimaverat, eundemq Famatum Miernikiewicz esse rudem hominem, literarum ignarum ac ideo hujus loci incapacem promulgaverat. Quasi vero idem Nblis et Spblis Magistratus Cracovien ante trinam ejusdem Famati Miernikiewicz in Officium Senioratus antecedentibus Annis Electionem et per Authoritatem suam Approbationem eosdem defectus in subjecto animadvertere non valuerat, quem tribus vicibus licet literarum ignarum naturali tamen ratione praeditum et experientiam practicam in rebus et negotijs Civitatis habentem per totam Communitatem concordibus votis electum toties approbaverat. Idem Nblis Syndicus ex Mente ejusdem Nblis et Spblis Magistratus (ut asseruit) pro illo tempore prostituerat, et si quis Votum aut Calculum in Personam Famati Miernikowicz dederit eundem per se notandum et Magistratui deferendum consequenter

quenter puniendum fore explicite declara:
verat, taliterq Famatum Miernikiewicz
Civem Cracoviensem nullo Crimine vel ex:
cessu notatum quinimo Inquisitionibus
utriusq Partis relevatum nulliusq ino:
bedientiæ vel Contemptus Magistratus
redargutum, imo Virum bonæ famæ li:
citis modis juxta Statum et Conditio:
nem suam Incolatum Civitatis sine
nota continuantem ipso facto Personã
innocuam prædictus Nblis et Sp̃blis
Magistratus seu Personæ pro illo tem:
pore pro Tribunali sedentes per quoquo
modi illicita media prostituerunt
gravaminoso Judicio suo atq Com:
missis Nbli Syndico datis remotum
modo primum ad Stallum post latũ
Decretum in Judicijs Nostris Assesso:
rialibus admiserant. Quo suo illicito
progressu contra omnem Justitiam
et Æquitatem procedendo Juribus
et Privilegijs Urbi Metropolitanæ
Cracoviensi, totiq Communitati ac Ci:
vibus uti membris unum Corpus ef:
ficientibus existentes Personæ Con:
sulares Legum et Priviłegiorum ac
Immunitatum Custodes ipsimet
vim intulerant. Proinde Judicium
illud Commissoriale justitiæ et æquita:
ti adhærendo, similes abusus in poste:
rum

num tollendo Nblem et Spblem Magistratum seu verius Personas ProConsularem et Consulares praemissa gravamina Flo Miernikiewicz inferentes eidem iniquo Judicato per Sententiam Judicij Nostri Assessorialis retractato de redarguto assidentes pro illo tempore tantum in Sessionibus praesentes videlicet Nobiles ac Spectabiles Joannem Zateczka ProConsulem, Sadrum Deryakubowicz, Josephum Zaleyski Joannem Dzianotty Franciscum Sołtladyni, Joannem Felicem Bayer, Jacobum Deryakubowicz, Carolum Toryani, Andream Kikulinus, Lucam Szostakiewicz, Felicem Trefler atq Nblem et Spblem Josephum Laskiewicz pro illo tempore Seniorem Scabinum punibiles /: parcendo defunctis/ sententiaverat. Et licet quidem graviores promoverint pro ejusmodi ausu et Privilegiorum Urbi Cracoviensi servientium abusu poenas Judicium tamen illud Commissariorum Nostrorum ex Clementia sua ad mitiores condescendo Quatenus suprascripti ProConsul et Consules eluendo ejusmodi illicitos ausus contra Concivem et Incolam procul abjecto Timore Divino Spiri:

su

tu Vindictæ contra Justitiam et æquitatem attentatos in vim pœnæ quilibet ex Perso=na Centum Marcas Polonicales Parti nimirum Famato Miernikowicz injuri=rato; Jam vero Generoso Instigatori Regni sive ejus Plenipotenti Marcas quinquaginta itidem quilibet ex Per=sona solveret et in instanti enumera=ret sub Solutione Dupli. Insuper pro Convul=sione Legum et Privilegiorum ac Vilipen=sione Litis pendentiæ in Judicijs Nostris Assessorialibus alijsq Inconvenientijs contra Communitatem attentatis eidem Pro Instigatori Regni ex munere suo convulsionem Legum et Privilegiorum vindicanti et per indictionem ad Cau=sam eandem in Judicijs Nostris Asses=sorialibus protunc intervenienti va=dium Capitaneale Simplex jam vero ad ærarium publicum Civitatis vadi=um duplex pro sublevandis egenis Civibus in Solutione Contributionis subsidij Charitativi Deficientibus convertendam mediante Quietatio=ne Senioris et binarum per Commu=nitatem deputandarum Personarum omnes insimul suprascripti Procon=sul et Consules solverent et irremis=sibiliter enumerarent decreverat.

Quantum

Quantum verò spectat Nobilem et Spe: ctabilem Laskiewicz, pro illo tempore Seniorem Scabinum: Quoniam ex ijs: dem Inquisitionibus totiusq̀ Litis et Mali Fons et Origo, consequenter Ini: stramentam præmeditatæ vindictæ Activum et executivum ac præmissorum omnium Author arguebatur esse reus. Ideo eundem contra jus Jurandum procedentem scorsivè punibilem sen: tentiaverat, quatenus eluendo ejus: modi illicitos ausus contra fidem juratam attentatos Vadium quadru: plex Parti Actoreæ totiq̀ Communitati ad finem suprascriptæ necessitatis con: vertendum, Jam verò Gsō Instigatori Regni uti contemptum Legis publicæ vindicanti duplex vadium mediante Quietatione Gsi Plenipotentis Ejus insin: stanti solveret realiterq̀ enumeraret. Ut verò infuturum cæteri Seniores Scabini à similibus inconvenienti: is arcerentur in vim pœnæ Persona: lis eundem Nblem et Spectabilem Las: kiewicz pro ejusmodi excessu in Sca: binatu commisso tantisper non in perpetuum sed ex clementiâ tantum ad triennium integrum à Consula: tu suspendendum fore Judicium Com: missariorum

missariorum Nostrorum sententia erat, ita ut tribus Annis integris à publicatione ejusdem Decreti Commissariorum Nostrorum omni Activitate in Magistratu totaque Civitate careret, sed tanquam privata Persona toto interstitio temporis pœnalis se gereret, ac omnia onera Civitatis æqualiter cum omnibus privatis Civibus ferret, nihilominus Judicium illud Commissariorum Nostrorum ex eventu obviando similibus scandalis pro Cautela et bono Ordine hanc tempestivè fecerat præcustoditionem: et ut omnia Responsa Communitatis et desideria non verbaliter verùm in Schæda per Seniorem et binos Communitatis Viros subscripta Seniori Scabino porrigerentur, Idem vero Senior Scabinus nihil addendo vel minuendo ejusmodi Schædam in Originali ad Magistratum comportare debeat et teneatur, omne discrimen fidei evadendo. Deinde Judicium illud Commissariorum Nostrorum resolvendo suspensam ratione expensarum litis Decreto Judiciorum Nostrorum Assessorialium factam et præcustoditam decreverat. Quatenus suprascripti Proconsul et Consules expensas litis per Tamatum

Mierni=

Miernikiewicz eodem in Termino porrectas ac per illud Judicium Commissariorum Nostrorum liquidatas praevioq moderamine ad Summam Duorum Millium Quadringentorum Florenorum Polon reductas per eundem Famatum Miernikiewicz Actorem comprobandas similiter in instanti post praestitum Juramentum praefato Miernikiewicz refunderent et restituerent. Quod Juramentum super realitatem expensarum modo quo supra Moderatorum, quoniam idem Famatus Miernikiewicz flexis ad Imaginem Dni Nostri Jesu Christi observata Solennitate Juramentorum attentante Parte praestiterat in eam Juramenti Rotham prout Summa Duorum Millium Quadringentorum Florenorum Polon in Causa et Actione cum Nbli et Spectabili Magistratu tam in Officio Consulari Cracoviensi quam in Judicijs Mlis Assessorialibus ex Reatu et actoratu agitata per illud Judicium Commissariorum Nrorum protunc moderatam liquide et realiter erogaverit et expenderit, justeq et legitime eandem Summa sibi ad restituendum deberetur Deo et Sacrosancta Xti Passione ita Ipsum in praemissis adjuvante Ideo easdem expensas litis modo quo supra adjudicatas Judicium idem Commissariale pro liquidis in Ordine ad exsolvendum

dam agnoverat. Quantum vero spectat Cathe:
goriam contra Personas Nblium Syndici et
Instigatoris atq Honoratorum Kamienski pro
illo tempore Substituti Senioris tum Oracze:
wicz unius ex Communitate Civis ad Judi:
cium illud Commissoriale introductam
; Quoniam suprascri Incusati et Male gesto:
rum suorum redarguti tam circa Electio:
nem Senioris Contuberniorum Mecha:
nicorum quam circa Amotionem Fama:
ti Miernikiewicz ex loco Senioratûs Con:
tubernalis Braxatorum Cracoviensiũ
non proprio motu sed ex directo Man:
dato Nblis et Sp̄blis Magistratûs se pro:
cessive et Omnia pro munere Officij sui
mandatis ejusdem Nblis et Sp̄blis Ma:
gistratus obtemperando se seregisse
inferrent ac sequa Ministros et Man:
datorum Executores ; objectum sibi fa:
ctum libera vocis Confessione agnoscen:
tes ; â pœnis quibusvis pronunciari af:
fectarent. Ideo quo spectat Nblem Joan:
nem Choroszowicz Instigatorem Civi:
tem ex munere suo Causam et Actionẽ
contra eundem Famatum Miernikie:
wicz ad directum Mandatum Nobilis
et Sp̄blis Magistratûs proventura quo:
niam non proprio motu sed obediendo
praedicti Nblis et Sp̄bilis Magistratûs Conclu:
sioni et directo Commisso se eandem Cau:
sam instituisse justificaret ; ideo attentâ
productione Conclusionis eundem Nblem
Choro:

Dziorzowicz Instigatorem liberum fece:
rat et pronunciaverat. Quò verò spectat No:
bilem Kajerski Syndicum et Honoratos
Kamienski et Oraczewicz Quoniam nullo
Documento se ab Objectis justificarent
neq Inquisitionibus sufficienter releva:
rentur Commissa verò Magistratus uti
verbalia nullo Documento probari pos:
sent. Ideo eosdem propiores ad evasionem
Juratoriam Judicium idem Commissoria:
le adinvenerat et decreverat; Quatenus
evaderent in eam Juramenti Rotham;
quia in omnibus Commissis à Nobili et
Spbli Magistratu sibi datis nihil supra
egerint neq quidquam propria Authori:
tate et Voluntate contra Famatum Mien:
nikiewicz attentaverint, sed secundum
Mandata Nobilis et Spectabilis Magistra:
tus Omnia executi sunt Deo et Sacro-San:
cta Christi Passione ita Ipsos in praemis:
sis adjuvante. Quod Juramentum, Quo:
niam Nblis Syndicus et Honoratus Ora:
czewicz flexis genibus ad Imaginem
Crucifixi Dni Nostri Jesu Christi obser:
vata Solennitate Juramentorum atten:
dantibus Partibus praestiterint, ideo eos:
dem Videlicet Nobilem Syndicum et
Honoratum Oraczewicz à Causa et im:
petitione liberos fecerat et pronunciave
rat. Honorato verò Kamienski ob aegram

Vale:

valetudinem suam eodem in Termino com:
parere non valenti ad repositionem Man:
datorij ejus Idem Judicium Commissario:
rum Nostrorum Parte Actorea non Urgen:
te, quinimo super Dilationem verae Infir:
mitatis ad duas septimanas, seu dum
et quando Pars Actorea in tractu ejus:
dem Judicij Decreti satisfactionem effe:
ctaverit rejecerat et super admittenda
nec ne, ab ejusmodi Decreto suo ad Nos
Judiciaq Nostra Assessorialia per Nobi:
les et Spectabiles ProConsulem Consules
totumq Magistratum et Nblem et Spe:
ctabilem Laskiewicz uti circa inhoatione
Litis seniorem scabinum interposita
Appellatione usq ad finem Commissio:
nis deliberaverat, Partibusq ad Acclaman:
dam eandem Causam et expediendam
Deliberationem suam Terminum ad
finem litis seu Commissionis ejusdem
conversaverat peremptorium. Tande
circa determinationem Commissio:
nis Feriâ Tertiâ post Festum Imma:
culatae Conceptionis Beatissimae Vir:
ginis Mariae proxima die videlicet
Undecima Mensis Decembris Anno
Domini Millesimo Septingentesimo
Quadragesimo septimo Judicium
illud Commissariorum Nostrorum
expediendo Deliberationem suam ut
pre:

praemissum est praehabitam Appellationem
per Partem Citatam circa publicationem
suprascripti Decreti ad Nos Judiciaque Nostra Assessorialia factam admiserat,
Terminumque Partibus praedictis coram
Nobis Judicijsque Nostris Assessorialibus
in Quatuor Septimanis ab Actu ejusdem
Decreti computandis comparendi conservaverat peremptorium, Actumque suum
Commissorialem pro decidendis sequentibus Cathegorijs ad Feriam Quintam Deinde ad Sabbathum post Festum Sancti Lucae
Evangelistae limitaverat cum Conservatione Termini utrique Parti ad ulterius contra se procedendum. Quo in Termino ex eadem Limitatione Sabbatho
post Festum Sancti Lucae Evangelistae
proximo die videlicet Vigesima Prima
Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quinto legitime provenienti Partibus et quidem Generoso Instigatore Regni per
Generosum Lenczowski Subdelegatum
Castrensem Capitanealem Cracoviensem
Plenipotentem suum personaliter Honoratis Blasio Lerniewicz, Balthasaro
Hintz Antonio Tobiaszowski ex Ordine Mercatoriali personaliter Thomasso Zeydler, Simone Fludzinski Mathia Klinkowski Luca Rozworski, Pau-

lo Wagner et Martino Lienkowski ex Ordi: ne Mechanico ad eundem Actum Commis: sionis attentandum delegatis Actoribus Indicentibus Citatis et Innotescitis; No: bili verò et Spbli Magistratu per Nobilem et Spectabilem Jacobum Deryakubowicz Consulem ad Actum eundem Delega: tum Nbli et Spbli Michaele Awedyk Consule Cracoviens uti Praedij Dąbie Ho: norato Georgio Koturlinski uti Praedij Piaski et Antonio Burczynski Late: rificij Civilis in fundo Praedij Dąbie sitis personaliter Jacobo Belica Prae: dij Kawiory per Nblem Joannem Cho: roszowicz Nblibus et Spblibus Carolo Toriani Paensa minoris Tenutarijs seu Arendatarijs Possessoribus Joan: ne Gałeczka Consule et Lonchaero pro: tunc Nbli et Honorato Francisco Toria: ni Scabino personaliter, Nbli et Spbli Theresia de Torianie Soldadynia per Nblem et Spblem Soldadini Con: sulem Cracoviens Maritum suum No: bili ac Hrata Marianna itidem de Torianie Dzianottowa per Nblem ac Honoratum Jacobum Dzianotty Sca: binum Maritum suum Anna de To: rjanie Laskiewiczowa per Nblem Joannem Choroszowicz Instigato: rem Civilem uti olim Nblis ac Spblis
Fran:

Francisci Toriani Consulis et Lonkwarii nec non Latericificij Arendatoris Successoribus suo et aliorum Consuccessorum suorum nomine agentibus coram eodem Judicio Commissariorum Nrorum Comparentibus et in Cathegoria Revisionis Bonorum Civilium diversimode inter se controvertentibus. Judicium illud Commissariorum Nrorum exauditis Partium suprascriptarum Controversijs adhaerendo Decreto Judiciorum Nrorum Assessorialium necessariam esse ante omnia Revisionem Bonorum praefatorum idest praediorum et Officinarum aliorumque fundorum Urbis Cracoviensis haereditariorum censuerat ad quam expediendam e medio sui Generosos Christophorum Rudnicki et Franciscum Miklaszewski Commissarios delegaverat et deputaverat, yidemque quatenus praevia Partium verbali per aliquam Personam ex Officialibus Civilibus seu Delegatis ab Ordinibus ob destinatione fundata Jurisdictione in fundis suprascriptis Praedia eadem et fundos ac Officinas reviderent de Desolatione aut reparatione inquirerent et omnes Circumstantias praemissis etiam Inquisitionibus indagarent et Actum Revisionis una cum Inquisitionibus

quisitionibus rursus ad Judicium suum plenum comportarent demandaverat, Pro quo Termino seu Actu Revisionis ut supra praecom=missa supra insertis Partibus /: quas eadem Cathegoria respiceret :/ Contractus quosvis Antiquos et protunc factos comportare et coram ijsdem Commissarijs per idem Decretum Delegatis reponere, sub rigore per Judicium Commissariorum Nrorum super Contravenientes decernendo et extendendo injunxerat, et eo fine Actum suum ad continuandū pro Feria Secunda post Festum Sancti Martini Pontificis deinde ad Feriam Sextam post Festum Sanctae Catharinae Virginis et Martyris ejusdem ut supra Anni Millesimi Septingentesimi Quinquagesimi Primi limitaverat. Qua stante limitatione Memorati è gremio Commissariorum Nrorum Deputati ad Praedium Zambie condescenderant, ibidemq peracta revisione Inquisitiones ex Testibus per Partes inductis expediverant, Successores quoq olim Nblis et Sptblis Francisci Toriani Consulis et Loncharii Urbis ejusdem Cracoviens Contractus Omnes laterificij Civilis eidem Nbli et Sptbli Toriani servientes tum Regestra Perceptarum

ceptarum et expensarum Lonhaeralium caeteraq Documenta apud se restantia ad Archivum Urbis Comportaverant, ibidemq circa Notarium Theloneorum reposuerant. Tandem adveniente Termino ex Limitatione praedicta Feria Sexta post Festum Sanctae Catharinae Virginis et Martyris proxima die Secunda Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quinto cadente cum Partes ut Supra Comparerent, et Actorca Comportationem Registrorum Contractuum ac Inventariorum à Successoribus dicti Nblis ac Spectabilis olim Francisci Toriani urgeret, et quod Revisio insufficienter subsecuta fuisset, incusaret, et ab iisdem Successoribus stante Officio Parentis eorum nec in Parte effectuatam fuisse allegaret: In Contrarium vero Successores Praefati Omnia Regestra post Fata Parentis sui ad Archivum Urbis Comportata et sub attendentia Famati Gronkowski Theloneorum Civitium Notarii extasse reponerent, Judicium idem Commissariorum Nrorum Partibus iisdem inter se controvertentibus exauditis, quatenus Praefati Nbles et Spectabiles Successores Torianiowscy ejusmodi Regestra post Fata Parentis eorum ad Archivum Civile per se comportata

portata à Magistratu seu Praedicto Notario Theloneorum evincerent et Communitati seu Delegatis ab Ordinibus communicarent, per suam Judicialem Declarationem injunxerat, ad quem effectum et pro Revisione Regestrorum modo quo supra lucrandorum et Communicandorum Actum suum Commissorialem ad Diem Septimam Decembris limitaverat; Stante ejusmodi limitatione satisfaciendo praelibato Decreto Commissoriali toties mentionati Successores Porianiowscy reposita per se Regestra aliaq Documenta post Fata Parentis eorum relicta Deputatis ab Ordinibus Communicaverant expostcum in Termino ex Limitatione Feria Tertia in Vigilia Festi Immaculatae Conceptionis Beatissimae Vs Mariae Die scilicet Septima Mensis Decembris Anno quo supra Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quinto incidente ijdem Successores Poryaniowscy unà cum Parte Actorea et alijs Bonorum Civilium protunc Arendatarijs Possessoribus Citatis coram Judicio Commissariorum Nrorum comparerent ac Actorea Pars Sufficientiorem Comportationem Regestrorum et Inventariorum, Conclusionum Rapsulariium Contractuum

ctuum tam à Nbli et Spbli Magistratu quam
à Successoribus Torianianis et Senioribus
Congregationis Mercatorialis poposcerit.
Jam vero Successores et Executores Te:
stamentarij Nblis olim Toriani se ad
ejusmodi comportationem non teneri
stante eo quod olim pie Defunctus Pa:
rens suus per Nblem ac Spblem Magi:
stratum toties de Anno ad Annum
electus et reelectus ac iterum iterumque
ad idem Officium institutus fuerit,
post cujus fata Regestra Proventuum
Sonharalium per eundem Magistra:
tum sequestrata ijsdem Successoribus
non fuerint restituta, ac ideo ad Com:
portationem sufficientiorem se non
teneri allegarent, sed ad praemissa
Omnia Magistratum Stringi se ve:
ro ab hoc onere liberari affectarent;
Quare Judicium Commissariorum
Nrorum Controversijs per praefatas
Partes oretenus sat prolixe inductis
pro et contra illatis attente exaudi:
tis ac matura deliberatione perpen:
sis ad Lectionem Revisionum per
Generosos Commissarios ad praemis:
sa Deputatos ac Inquisitionum in
Puncto Dembic circa eandem Revi:
sionem expeditarum condescende:
rat, Quibus lectis et matura Delibe:
ratione

ratione perpensis suspensa Decisione Pun:
ctorum ex eadem Revisione ad Resolvendū
per Partem Actoream introductorum Neces:
sariam esse Omnino sufficientiorem Com:
portationem Munimentorum Proventus
Civiles reales et infallibiles tum Acciden:
tales enucleantium atq Reproductionem
Regestrorum et Rapttialium deniq Contra:
ctuum Pensa Minoris ac quorumvis fun:
dorum nullis penitus exceptis sententia:
verat, et quatenus Nobilis et Spblis Magi:
stratus per suos ad Actum Commissio:
nis ejusdem Delegatos Consules atq No:
biles Notarium et Regentem Actorum
munimenta quævis ad Causam eandem
necessaria quæ in Arkivo reperiri pro:
babantur juxta exigentiam Cathegoria
ad decisionem incidentis Nbles quoq
Executores et Successores Torianowey
Regestra Lonhæralia Parentis sui ex
eodem Archivo levarent et Comporta:
rent Honoratisq Deputatis Ordinum
Communicarent, idq sine intermissio:
ne et Protelatione intra triduum sub
seria Judicij ejusdem Animadversio:
ne. Jam vero post expedita præmissa
nempe Comportationem et Commu:
nicationem Successores olim Nobilis
Toriani Consulis et Lonhæri quos dam:
ni Calculi eadem afficiebat Actio te:
nerent

nerentur, de Proventibus Lonhœralibus per olim Parentem suum Stante Officio Lonhœratus perceptis Calculum sufficientem præstare et ad quævis Delegatorum ab Ordinibus Personarum in eodem Negotio Lonhœrali objecta judicialiter respondere. Interea vero temporis Judicium idem Commissariorum Nrorum Actum suum Commissionis ad Feriam Sextam post Festum Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Vis Mariæ videlicet ad Diem Decimam Mensis Decembris Anni ejusdem Millesimi Septingentesimi Quadragesimi Quinti limitaverat, conservando Partibus ad ulterius contra se procedendum Terminum peremptorium. Quo in Termino ex Limitatione Die eadem ut supra Provenienti Partibus q[ue] suprascriptis comparentibus Judicium Commissariorum Nrorum auditis Partibus quoniam Nbles et Spectabiles à Magistratu Deputati cum Officialibus Actorum Civilium Nonnulla Documenta juxta Schedam per Nblem Regentem porrectam, Successores quoq[ue] Torianiani Regestra ex Archivo in Parte levata comportaverant

portaverant, et Decreto Judicij ejusdem Commissorialis se in toto Satisfacturos ac reliqua Documenta pro Termino Calculationis ad primam requisitionem Partis Actoreæ judicialiter se compor: taturos submiserant. Ideo idem Judicium suspensa comportatione Juratoria tam per Deputatos Magistratus, quam per Successores juxta Anterius Decretum suum præstanda decreverat, Quatenus Partes suprascriptæ et præsertim Successores Tornaniani eadem Regestra et alia quævis Documenta sufficientius comportarent, et Delegatis ab Ordinibus Communicarent, Jam vero Nblis et Spblis Magistratus Delegatis ab Ordinibus examinanda eadem Regestra non impediret, quinimo liberum accessum permitteret. Exactores quoque quarumvis Contributionum per se specificandos præmoneri fecerat, quatenus cum Regestris Perceptarum Contributionum dum et quando avisati fuerint in Termino et loco coram Etis Commissarijs ad revisionem et eandem Calculationem in Antecessum assignatis peremptorie comparerent et eandem Calculationem attentare non negligerent, quinimo

expedire

expediri curarent, idq sine intermissione intra tempus ad Diem Vigesimam Nonam Mensis Decembris Anni protunc labentis praefixum ad quem Terminum Judicium illud Commissoriale Actum Commissionis suae limitaverat, tandem adveniente eodem Termino, cum Partes inter se Principaliter agentes comparerent, et Pars Actorea per Fratres Delegatos ab Ordinibus Mercatoriali et Mechanico ulteriorem Dilationem ad verificanda Regestra Lonharalia per Partem Citatam videlicet Successores olim Nobilis et Spectabilis Francisci Toriani Consulis et Lonhari Cracoviensis necdum sufficienter comportata ob spem sufficientioris comportationis sibi concedi judicialiter expeteret, Judicium eandem Dilationem ad Diem Tertiam Mensis Januarij Anni protunc immediate sequentis Millesimi Septingentesimi Quadragesimi Sexti dederat, et concesserat, cum Conservatione Termini pro Parte utraq praecustodita. Quo rursus in Termino post reassumptam per eosdem Commissarios Nostros Jurisdictionem Partibus Communitate per suos Delegatos Magistratu etiam

per

per Deputatos suos, Successoribus quoq olim Nblis et Spblis Francisci Toriani Consulis et Lonhaeri Cracovien per Nblem ac Spblem Carolum Consulem et Franciscum Scabinum Torianic Fratres inter se Germanos personaliter comparentibus, et Judicialiter inter se controvertentibus. Judicium illud Commissariorum Nrorum exauditis ijsdem Partium utrarumq Controversijs ijsq debite intellectis; licet quidem Pars Actorea sufficientiorem Comportationem Regestrorum et Documentorum à Nbli et Spbli Magistratu et Successoribus Torianianis mediante comprobatione Juratoria super realitatem Comportationis atq Calculationem de Proventibus Lonhaeralibus ac alijs affectaverint; Nihilominus quoniam Citati tam Nblis et Spblis Magistratus quàm et Successores Toriani Omnia Regestra et Documenta per se comprobata fuisse allegarent, et in supplementum quidquid per Partem Actoream nempe Nratam Communitatem an verius ejus Delegatos specificè ad plenam probationem vel justificationem necessarium foret, circa Calculationem protunc futuram etiam praevia Comprobatione Juratoria comportaturos se offerent;

seleo

Ideo praelibatum Judicium Commissoriale su:
spensa eadem Comprobatione Juratoria an:
te Omnia necessariam esse Calculationem
de Proventibus Civilibus juxta praescriptu
Decreti Judiciorum Nrorum Assessorialium
inter easdem Partes prolati una cum In:
quisitione per Testes fide dignos rei ge:
stae bene gnaros super Circumstantias
literatorijs Documentis probatu impos:
sibiles, alias juxta exigentiam Cathego:
riarum sententiaverat, Quatenus prae:
dictae Partes eandem Calculationem co:
ram Deputatis e Gremio eorundem Com:
missariorum Nrorum Quatuor unius ta:
men Absentia vel duorum non Obstan:
te dum modo bini adessent expedirent,
idq sine quavis Protelatione: Pro quo Ter:
mino omnes Exactores quarumcunq
Contributionum signanter vero Lenhae:
ri et successores olim Nblis et Spblis Fran:
cisci Toriani cum Regestris et Raptula:
rijs coram ijsdem Commissarijs compa:
rere, et rationes seu Calculum Perceptoru
et expensorum fideliter reddere, Nobilis
quoq et Spectabilis Magistratus atq Se:
niores Congregationis Mercatorialis
juxta Sonantiam Privilegiorum No:
strorum sibi benigniter Collatorum Re:
gestra et quaevis alia in Archivo suo re:
peribilia Documenta comportare debe:
rent,

rent et tenerentur, sub pœnis Contraventio:
nis per Judicium suum irrogandis, eosq[s] fi:
ne Actum Commissionis suæ ad Feriam
secundam post Festum Sanctorum Trium
Regum limitaverat. Expost ex eadem li:
mitatione cadente Termino et Partibus
ut supra Comparentibus, Judicium Com:
missoriale attentis illationibus Partium
Quando quidem injuncta Calculatio præ:
pter disonantiam Regestrorum et pro:
lixas Partium Controversias ac Contra:
dictiones eousq expediri non poterat.
Ideo ad affectationem earundem Parti:
um ulteriorem Dilationem Calculationis
sibi concedi expostulantium primo ad
Septimam Februarij deinde ad decimã
Quartam ejusdem Mensis et sic conse:
quenter post Ferias Septimanales
qualibet Septimana Jurisdictionẽ
in Prætorio Cracoviens fundando, favo:
re Partium usq ad diem Decimam
Septimam Maij decies Actus iterando
do limitaverat. Adveniente itaq Ter:
mino cum Partes suprascriptæ com:
parentes super Exceptione Testium
controverterentur et quidem Actorea
Exceptionem Contra Testes nempe Ho:
noratt Szulc et Tobiaszowski et Fama
tt Pieniązkiewicz Famuli Lenhaeratius
per

per se inductos circa Calculationem coram Gtis Commissarijs è Gremio Pleni Judicij Commissariorum Utrorum ad expediendâ præmissa judicialiter factam resolvi peteret jam verò Testes in locum excepto:rum substitutos nimirum Hrâtos Georgium Koturlinski, Antonium Otto, Martinum Lowinski eodem in Termino statutos et judicialiter præsentes ad perhibendum veritatis testimonium admitti affectarent. Ex adverso vero Nbles et Spbles tam à Magistratu Deputati quàm et Successores Nblis et Spectabilis Toriani contra Personas Testium et Puncta Interrogatoriorum Partis Actoreæ ac Terminum educendæ Inquisitionis exceptionem inferrent et se circa Rationes in Sessione Commissoriali illatas conservari ac eandem admitti peterent. Judicium Commissoriale auditis Controversijs allegationibus et Defensis Partium Quantum spectat Hrâtos Szulc et Tobiaszowski ab Ordine Mercatoriali ad Causam eandem Delegatos; Quoniàm præfati per Partem Citatæ

excepti

excepti Testes in Actus Anteriores qua Acto:
res judicialiter se sistendo Comparitionem
nomine Ordinum qua electi ad attentan:
dum Actum Commissionis ejusdem in:
scripserant, et uti Actores Principales in
Anterioribus Terminis comparuerant. Jam
verò vetante Lege communi nemo in sua
Causa Actor et Testis esse potest, Ideo eosdẽ
ad perhibendum Testimonium inadmissi:
biles censuerat. Quo vero ad Personam Fa:
mati Pieniązkiewicz Famuli Lonhæra:
tus per Citatos excepti et quasi Criminis
adulterij redarguti ac per Officium Con:
sulare ad pœnas condemnati: Quoniam
inhabilitas Testis in instanti probanda
jam vero Pars Citata nullum Actum
vel Decretum Judicati præsenti in Ter:
mino produxerat nec se ad producen:
dum traxerat, quinimo præfatus Pie:
niązkiewicz, hactenus in Obsequio Ser:
vitiorum ad Lonhæratum per Nblem
ac Spblem Lonhærum applicatus fove:
retur, ac conservaretur neq pro tanto
Crimine objecto ad pœnas condemnatus
vel ex Urbe proscriptus extiterat ac pro
Honesto reputaretur. Ideo eundem uti
Negotiorum Lonhæratus gnarum et
reliquos Testes in Interrogatorijs ad
finem et protunc Judicialiter Specifica:
tis

tis admissibiles declaraverat, cum ea Ad:
monitione Partibus intimata, Quatenus
sine ulterioribus Diffugijs et exceptioni:
bus Actum Inquisitionum praefatarũ
attentarent et continuari curarent, et
ulteriorem Actum Commissionis Judi:
cium illud Commissoriale ad Feriam Se:
cundam post Dominicam exaudi limi:
taverat conservando Partibus Terminũ
peremptorium. Quo in Termino resum:
pta sua Jurisdictione Partibus compa:
rentibus ut supra et quidem Actorea
Comprobationem Juratoriam super Re:
alitatem Comprobationis Regestrorum
ac quorumvis Documentorum per Acta:
tos juxta anterius Decretum Commis:
soriale ante Omnia praestandam, dein:
de ad lectionem Calculationum cum
Exactoribus et Lonhoeris expeditarum
condescendi, Retenta per eosdem Exa:
ctores porrecta ad repetendum man:
dari petente Refusionemq Damnorũ
per Commissum vel Omissum olim
Nblis et Sptblis Toriani Consulis Craco:
viens causati aspectante, Ex adverso No:
bilibus ac Spectabilibus a Magistratu
Delegatis praesentem Cathegoriam
non tantum ad Magistratum suum ver:
num

rum etiam ad Communitatem spectare, et referri debere, replicante, Retentorum impossibilem repetitionem exponentibus. Quo verò ad Juramentum super realem Comportationem præstandam ad ea tantum superstites teneri quorum Notitiam haberent allegante, ac ulteriores defensas in ulteriori Tractu ejusdem Cathegoriæ sibi et alijs Oncitatis præcustodiente: Judicium Commissariorum Nrorum exauditis Partium Controversijs et maturè perpensis resolvendo Suspensiones respectu Sufficientioris comportationis et comprobationis Juratoriæ in Anterioribus Terminis factas intercedentes decreverat; quatenus Nblis et Spblis Magistratus per Delegatos suos in Antecessum ad Actum Commissionis ejusdem electos atq Nbles Notarium et Regentem Actorũ Civilium realitatem comportationis distinctis Rothis comprobarent, et quidẽ Nbles ac Spbles Delegati in eam Rotam: Quia ad Causam eandem seu Cathegoriæ Visionis Bonorum Civilium atq Calculationum de Proventibus Civilibus omnia Documenta in Actis Civilibus seu Archivo Theloneorum vel ubivis locorum reperibilia ad Causam eandem et alias Cathegor:

Cathegorias subsequentes Nblibus Notario et Regenti Actorum comportare et Parti Actoreae quandocunq affectaverit mandaverant, nihil celandum serio praecustodiverant; jam vero praefati Notarius et Regens quia ex Mandato Nblis et Spblis Magistratus ad comportanda Regestra et documenta seriam curam adhibuerant, nec quidquam in Damnum Civitatis celaverant. Deo et Sacrosancta Jesu Christi Passione ita Ipsos adjuvante. Quod Juramentum quoniam Nbles et Spbles Joannes Dzianotty et Jacobus Deryakubowicz Consules ad praemissa Delegati, atq Nbles Tobolski Notarius et Waryiski Regens Actorum Civilium observata Solennitate Juramentorum flexis genibus ad Jmaginem Sacrosanctae Passionis Jesu Xti Dni Nri praestiterant, ideo satisfecisse Decreto suo Judicium Commissoriale eosdem declaraverat. Deinde Judicium praefatum Commissariorum Nrorum ulterioribus Controversijs pro et Contra per Partes contra se repetitis et innovatis matura Deliberatione perpensis et serio discussis, Decidendo Cathegorias ex Revisione Bonorum Dobie, Piaski et Grzegorzki

gorzki ac aliorum per Ꝑros Commissarios ex Stuba Judiciali Deputatos expedita eodem in Termino introductas. Quantū spectaret Cathegoriam ratione sesi in solido extructionis Obstaculi in flumine Vistula inter ripas Ville Dąbie defluentis per olim Nblem ac Spblem Toriani Consulem et immediatum Loncharum procurata et damnorum exinde Causatorum refusionis Nomine Communitatis à Successoribus Torianianis pratensam, Quoniam ex Actu Revisionis prafata Villa Dąbie fundorum adjacentium per Ꝑros Commissarios ad pramissa è gremio Judicij sui Deputatos expedita tum ex Testium Depositionibus Juratorijs in eodem Actu introductorum manifeste patuerat olim Nblem ac Spblem Toriani mediante Conclusione Magistratûs ac Responsis à Communitate procedentibus ad finem avertendi impetus aquarū flumine Vistula dicto decurrentium aggerem seu obstaculum erexisse et instaurasse, Postmodum verò idem Obstaculum injuria temporis et casu fortuito notabilis inundationis fluctibus aquarum sublatum fuisse, cundemq̄

demq olim Nblem et Spblem Lonharam stan:
te obsidione Urbis Cracoviensis tempore
Interregni extra modum defensionis
utpote deficientibus Operarijs ac impen:
sis in alias necessitates Urbis praemen:
te Calamitate publica erogatis extitisse,
nihiltamen in suo Officio ex omisso vel
Commisso excessisse Ideo Judicium Com:
missoriale Nrum omnibus Circum:
stantijs serio discussis supra scripta
Partem Actoream contra Successo:
res ejusdem Nblis ac Spblis Doriani
incompetenter egisse adinvenerat,
eosdemq hoc in puncto ab impetitio:
ne liberos fecerat et pronunciaverat.
Et quoniam ex eadem Revisione evi:
denter patuerat, Idem Obstaculum
ad conservandas Rippas fundi Dąbie
ac ad reprimendos fluctus ac impe:
tus aquarum omnino necessariam
fuisse, Ideo Nbli Magistratui Cracovi:
ensi serio injunxerat, Quatenus cum
Ordinibus Civitatis praevijs Responsis
in scripto elandis modos adaequatos
ad obviandum fluctibus aquarum con:
stitueret impensas ex Retentis Con:
tributionibus sine intermissione à Re
tentori:

tentoribus repetendis provideret sive in defectu Contributionem proportionatam sine praeaggravatione populi praecisa quavis exceptione Personarum, uti pro Bono Communi Civitatis solvendam praescriberet Artifices ad talia opera idoneos conduceret et nova Obstacula ad reprimendos aquarum fluctus erigi procuraret. Deinde Quantum Spectaret Contractus Arendarios inter eundem Nblem et Spectabilem Magistratum Cracoviensem et Nblem ac Spblem Michaëlem Kwedyk Consulem Cracoviensem ab altera Partibus super Arendam ejusdem Praedij Dąbie ab Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo Secundo intercedentes Quoniam Judicio eodem sufficienter deductum fuerat eosdem Contractus observata Juris Solennitate, nempe praecedentibus responsis Ordinum totiusq. Communitatis intercessisse, et per Deputatos ab iisdem Ordinibus ratificatos fuisse, quibus prout in Antecessum, ita circa Revisionem Praefatam, ac in eodem Termino Pars Actorea non inficiabitur. Ideo Judicium Commissariorum Nrorum eosdem Contractus uti legitime intercedentes pro liquidis agnoverat. Salva Ratione de Summis in vim Arenda provenientibus circa

ca Calculationem cum Nbli et Spectabili Magistra:
tu expediendam pro Parte Actorea totaq Com:
munitate Urbis praestanda pleno in Robore
reservata et praecustodita. Hac nihilominus
per Judicium illud Commissoriale praecu:
stodita Cautella ut ejusmodi Contractus
respectu Bonorum Civilium non aliter ni:
si praevijs Ordinum totiusq Communitatis
Responsis reservata plus Offerentia juxta
Ordinationem per Judicium illud Consti:
tuendam Personis Civilibus benemeri:
tis conferantur. Deniq Supplicem Libel:
lum Communitatis Subditorum Villae
Dobie et aliorum fundorum Civilium con:
tra Grave Dominium Nblis ac Spblis Ma:
gistratus ac Possessorum Arendatario:
rum querulantis gravamina in Labori:
bus et alias angarisationes sibi infer:
ri solitas incusantis decidendo. Quo:
niam Judicio suo ex Actu revisionis
mediantibus Inquisitionibus expe:
dito deductum fuerat post disruptum
et penitus demolitum aggerem seu
Obstaculum ad reprimendos Fluctus
Vistulae circa Littora Villae Dobie decur:
rentis sumptibus Notabilibus Civita:
tis stante Officio Lonharatus olim No:
bilis ac Spblis Toriani erectum in Fun:
dis Colonorum Ducentos Sexdecem
sulcos

sulcos impetu aquarum stante inunda:
tione absorptos fuisse et subditis Operas
et labores juxta Consvetudinem Anti:
quam Septimanatim supportantibus
damnum notabile intulisse; Ideo atten:
ta ratione fundorum et pascuorum olim
Communium subsequenti tempore per Pos:
sessores ad agros Praediales adjunctorum
et pro inseminandis frumentis applica:
torum, subveniendo integritati Bonoru
eorundem /: quae sine subditis in statu suo
subsistere nequeunt :/ ex praefatis fundis
antea pro Pascuis in usu habitis nunc
in Glebam fructificantem ad semitan:
dum conversis Ducentos sexdecem sul:
cos excludendos et praefatis subditis
damnum passis applicandos fore sen:
tentiaverat. Quatenus Deputati a Magi:
stratu et Ordinibus Mercatoriali ac
Mechanico ad fundum praefatae Villae
Dąbie post Collectionem frugum Se:
getum in Novalibus pascuorum stan:
te possessione Nblis ac Spblis Lazari
Demiakubowicz Senioris Consulis
Arendataria in Agros Praediales con:
versorum condescenderent ibidem
in praesentia Nblis ac Spblis Ante:
dyk protunc Possessoris Ducentos
sexdecem sulcos ex praefatis Pascu:
is modo quo supra in Agros Prae:
diales prout ex Inquisitionibus
patuerat.

patuerat conversis seu in alijs locis ido:
neis non tamen sterilibus servata
Omni proportione adhibito etiam
(: si opus fuerit :) jurato Geometra
praefatis subditis damnum passis
exdividerent praesentim Blasio Gie:
cy sulcos Quatuordecem et particulā
proportionatam medij Horti jam
absorpti Josepho Kosin Quadragin:
ta Quatuor Jacobo Terca Decem Hy:
acyntho Woyt Viginti septem itidē
absorptis Hyacyntho Barton Vi:
ginti Octo Marrino Biatka Decem,
Valentino Kosin Triginta ac consi:
ve pro extructione Gazae competens
spatium deinde relictae olim Marti:
ni Nalepa viginti tres pro Horto
consive Decem Bartholomaeo Pa:
chela pro sulcis et Horto Viginti An:
dreae Turka pro tertia parte Horti ab:
sorpti reliquum sulcorum aliâs ducta
proportione cuilibet seorsim in pos:
sessionem traderent, et applicari cu:
rarent praefatisq subditis eosdem
fundos partitim exdivisos ad utifru:
endum et possidendum in perpetuū
relinquerent. Si vero similes Casus
in futurum praefatis Villae Dąbie aliquan:
do contigerint, extunc Nblis ac Spbtis Ma:

gistrati

gistratus una cum Deputatis ab Ordinibus Conservationi eorundem Bonorum providere et media adaequata procurare tenerentur. Iam vero praefati Subditi in tributis suis et laboribus juxta Usum et Antiquam Consvetudinem praestandis (siquidem Inventarium Originale et primitivum non produceretur) satisfacerent et post applicationem ex pascuis sive alijs locis idoneis fundorum modo quo supra effectuatum ad Praedium et laterificium ac Avitalis expurganda Obsequium observata Obedientia comparerent sub rigore Contra inobedientes Subditos practicato. Quantum vero attineret devectionem Salis ex Zuppis Vieliciensibus in rem Magistratus Cracovien. expediri solitam Quoniam ex Inquisitionibus circa revisionem deductis atq ex indagatione Antecedaneorum Possessorum et protunc existentis Nobilis Awedyk Consulis Cracovien. Iudicio suo luculenter Constaret ab Antiquissimo tempore Emethonibus Villae Dębie et Grzegorzki Salem Quartualem in rem Magistratus quotannis devehentibus dies in itinere consumptos Diebus laborabilibus

bus compensari et detruncari usum obtinuisse quod etiam in bonis Terrestribus continuo observaretur. Deniq̃ue in devehendo sale consumpti diurnis tributis compensari solent. Ideo Judicium Commissariorum Rnorum Nblem ac Spblem Magtum teneri ad Observandam eandem consvetudinem cum detruncatione dierum in devehendo sale consumendorum pro Parte Cinesitonum sententiaverat. Quatenus Idem Nblis ac Spblis Magtus una cũ Deputatis ab Ordinibus eandem Consvetudinem ab hinc omnino observari curaret et circa Contractus Arendatarios futuris Contrahentibus expressam conditionem de compensandis diebus in devehendo sale consumendi praecustodiret, ac ejusmodi abusum aboleri curaret. Reliqua vero puncta Communitatis praefatorum Subditorum in supplici Libello expressa, uti illegaliter ad Judicium illud introducta Judicium illud removenda esse censuerat. Porro resolvendo remissionem ab Actu revisionis praefatorum

rum Bonorum Civilium ad Iudicium ple=
num factam idq in Cathegoria ratione
prati certi in Confinijs Fulcorum late=
rificij Civilis Cracoviens. Consistens
per Provisores Hospitalis Pauperum
ad aedes S. Spiritûs hic Cracoviae Titulo Iu=
re Haereditario usurpati. Quoniam No=
bilis ac Spblis Lazar Deryakubowicz
Consul atq Hnatus Laskiewicz Scabi=
nus ejusdem Hospitalis Provisores
nullum Ius super haereditatem ejusdem
prati producerent. Quinimo ex Actu Anti=
quissimae revisionis mediantibus jurato=
rijs Testimonijs expedito et ex Actis Civili=
bus de Anno Millesimo Quingentesimo
Nonagesimo Tertio Feria Quarta ipso
die Festi Sancti Bartholomaei depromi
pto manifeste pateret; Quomodo idem
fundus seu Pratum de quo res est per
Magistratum Cracovien. Antiquae Re=
sidentiae ex pura Eleemosina ad usu
fructum pro inseminandis Oleribus
in rem pauperum in eodem Hospi
tali degentium Concessus fuerit prae=
fatiq Provisores subsequenti tempo=
re loco inseminationis censum cer=
tum à Possessoribus Laterificij per=
ceperint et eousq perciperent. Ideo
Iudicium prelibatum Commissaria=
rum

num Nrorum præfatos Provisores et eorum Succedaneos proprietatem ejusdem fundi aut absolutum Dominium non posse prætendere sententiaverat. Nihilominus non tollendo Actus Pietatis per Antecedaneos Consules totumq Magistratum Personis Mendicantibus in præfato Hospitali degentibus ex Bonis Civilibus applicatos eosdem Provisores eorumq Succedaneos circa Usum tantum seu Censum per Possessores Laterificij pendendum et pura Eleemosyna modo quo supra applicatum conservando censuerat, ac quemvis Possessorem Laterificij ad solutionem Census Triginta Flor. Polon. quotannis mediante Quietatione Provisorum pendendi in perpetuum obligatum fuisse declaraverat. Iam vero circa Ius hæreditatis tam ejusdem fundi quam et aliorum pratorum, sine quavis avulsione Lege Communi vetita Civitati Cracoviens. conservaverat. Ad extremu decidendo Cathegorias ex Parte Communitatis contra Successores olim Nblis ac Spblis Toriani Consulis et Consuli Cracoviens. et quidem respectu A-

rendæ

renelæ Laterificij # Civilis in fundo Zabic siti ac si cum damno et injuria Communitatis in eodem Latrificio per præfatum olim Lonharum continuatæ, atq fundi Kawiory per aliqvot annos in possessione sua perenti introductæ. Judicium Commissoriale Nrum lectis Contractibus ab Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Septimo ad Annum Millesimum Septingentesimum Vigesimum Primum cum Antecedaneis Arendatorijs Laterificij Possessoribus pro summa Mille florenorum polonicalium locata intercedentibus tam vero post fata ultimi possessoris Nblis ac Nrati Licini mediante Contractu eidem Olim Spbli Francisco Toriani pro minori summa deductis Calculis ad Annum Millesimum Septingentesimum Quadragesimum per Nblem ac Spblem Magistratum subseqventibus vero Annis ab Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo mediante responso Communitatis servata plus Offerentia ad Magistratum porrecta Deinde pro Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto praecedente simili responso Communitatis ex Actis Civilibus

bus sub Actu feria Quarta in Vigilia Fe:
sti Visitationis Beatissimæ V. Mariæ
die scilicet prima Mensis Julij Anno
eodem producto et per Magistratum
jam protunc eodem Nbli et Spbli Toria:
ni in lecto ægritudinis lethaliter de:
cumbente subscripto deinde respectu
Arendæ fundi Kawiory Civitatis Cra:
covien. hæreditarij examinatis Con:
tractibus ab Anno Millesimo Septin:
gentesimo Decimo Tertio Iure emphi:
teutico ad Annos Quindecim eidem
Olim Spbli Toriani protunc Scabino
Cracovien. Colatis. Licet quidem Pars
Actorea ejusmodi Contractus contra
Ordinationem Anni Millesimi Quin:
gentesimi Octuagesimi Quinti colla:
tos fuisse allegaret et læsionem Iuriu
per Nblem et Spblem Magistratum
commissam fuisse deduceretq; Nihilo:
minus quoniam præfata Communi:
tas tam respectu Latericificij ab Anno
Millesimo Septingentesimo Quadra:
gesimo recenter quam respectu fun:
di Kawiory in Antecessum à tanto
temporis interstitio Annorum vide:
licet Triginta Trium et intra Cursu
temporis nullam præmissorum Contra:
ctuum

ctuum fecerat reclamationem aut Juriu
lesionem. Quinimo subsequenti tempo-
re Contractus olim Nblibus Szeligowskim
Conjugibus in Anno Millesimo Septin-
gentesimo Vigesimo Octavo usq ad An-
num Millesimum Septingentesimum
Quadragesimum Quartum intercedon-
tes per Delegatos suos subscripsisse
probaretur ac Ideo eandem Communi-
tatem priores Contractus ratificasse
recte inferri potest; Ideo Judicium Com-
missariorum Nrorum prædictum
olim Nblis ac Sblis Toriani contra-
ctus præfatos ratione Arendæ Late-
rificij ac fundi Zawiory legitimè ob-
tinuisse sententiaverat Successores
ejus ab omni impetitione Commu-
nitatis respectu præmissorum libe-
ros fecerat et pronuntiaverat. Deniqs
Contractum ratione Arendæ Prædij
Villæ Piaski Hrato Kosutinski per
Nblem ac Sblem Magtum Collatum
et nulla contradictione ex Parte Com-
munitatis subsecuta. Intercedentem
Judicium Commissoriale præfatum
Contractum legitimè intercessisse
declaraverat. Hac nihilominus
facta præcustoditione ne in poste-
rum Magistratus privata sua Autho-
ritate

nitate contra praescriptum Ordinatio:
nis praefatae Anni Millesimi Quingen:
tesimi Octuagesimi Quinti procede:
re praesumeret. Sed Contractus quosvis
ad duos sive tres vel quatuor ad extremū
ad quinquennium tantum mediantibus
Ordinum et Communitatis Responsis
conferret sub nullitate secus fatorum
et refusione Damnorum exinde emer:
gentium, alias juxta Ordinationem
cum approbatione prioris per idem
Judicium Commissoriale constituen
dum in toto se gereret. Ad extremū
quod spectaret Punctum revisionis
fundi Kawiory contra Conventum
Zwierzynecensem ratione acsi Avulsio:
nis cujusdam particulae expressum.
Quoniam nulla de tempore producе:
retur de Jure requisita diligentia.
Ideo hanc Cathegoriam non subesse
Judicio suo arbitrabatur sed liberū
Processum Ordinaria Juris via ei:
dem Parti Actoreae reservaverat et
praecustodiverat, et Actum suum ad
Feriam Quintam post Dominicam
Exaudi scilicet Diem Vigesimam
Sextam Maij Anni ejusdem Millesi:
mi Septingentesimi Quadragesimi Sexti

distulerat Queritrsus in Termino Partibus Deputatis ex Ordine Mercatoriali et Mechanico Actoribus; Citata quoq Nbli et Spbli Magistratu per suos Delegatos, tum Nbli Seingling Scabino Cracoviensi Indicente nec non Nbli ac Spbli Carolo Toriani Pensae minoris Arendatario Possessore. Innotescito in Causa ratione ejusdem Pensae Minoris Comparentibus Judicium Praelibatum Commissariorum Nrorum Quoniam Suprascriptus Nratus Seingling Indicens Decretum in Judicijs Nris Assessorialibus Sabbatho ipso Die Festi Sancti Petri in Vinculis Die scilicet Prima Augusti Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto ex Serijs Partium Controversijs inter Se et Nblem ac Spblem Toriani prolatum produxerat. Quo mediante suspensa Cognitione Competentis Actoratus et Actionis totum negotium ratione ejusdem pensae minoris post Demortuum Caput olim Nblis ac Spblis Zaysreclt Consulis ac Si conservata plus Offerentia per eundem indicentem Oblata contra Consvetudinem

nem in Antecessum practicatam neq prae=
misso Communitatis responso Nbli ac
Spbli Carolo Toriani cum praejudicio
Status Scingling Arendationis ac inde
Damnorum sibi et Civitati ex deffectu
non servatae plus Observantiae Causa=
torum cum Dicto Magistratu et Nbli ac
Spbli Carolo Toriani ad idem Judici=
um Commissariorum Nrorum prae=
sa appellatione finaliter decidendam
remiseramus. Ea propter admissa
interventione Ordinum Mercatori=
alis et Mechanici totiusq Communi=
tatis ad eandem Causam sese inciden=
tis Resolvendo ejusmodi remissio=
nem per Decretum Nrum modo quo
supra factam eo in consideratione
habito. Quoniam Competentia actio=
nis et Aeteratus melius Cognosci non
poterat, quam praevijs inquisitionib
ea propter inhaerendo eidem Decre=
to Nro tum puncto Suspensionis ne=
cessariam fuisse ante Omnia inqui=
sitionem in eadem Causa Censuerat
et decreverat. Quatenus Partes utraq
eandem Inquisitionem Coram Dele=
gatis e gremio Judicij ejusdem dum
modo duo adessent non obstante prae=
via Conscriptione interrogatoriorum

juxta

31

juxta Contenta relationis mandati ac protestationum et Circumstantias Objectorum porrigendorum et abinvicem mutuo per Partem Parti Communicandorum ejusmodi Inquisitiones per Testes fide dignos rei gesta bene gnaros intra triduum expediri curarent Quas Inquisitiones in Occluso Rothulo pro termino incidenti reponerent et eo finem Adcitum suum Commissorialem ad Diem Vigesimam Octavam Maij Anni ejusdem Millesimi Septingentesimi Quadragesimi Sexti cum Conservatione Partibus Termini peremptorij limitaverat. Tandem in Termino ex dicta limitatione provenienti Partibus principaliter inter se agentibus Comparentibus et ulteriorem dilationem deducenda Inquisitionis exposcentibus Judicium Commissoriale Actum Commissionis sua primo ad Feriam Quintam post Festa Solennia Sacri Pentecostes deinde ad Feriam Tertiam post Festum Sanctissima et Individua Trinitatis proximam Diem Scilicet Septimam Julij limitaverat. Deniq in eodem Termino Partibus Comparentibus Judicium Commissariorum Horum Controversijs Partium exauditis et quidem Partis citata

Citatae ad Complementum Testium ex Parte sua inductorum Nblem et Spblem Seryakubowicz Consulem Seniorem protunc aegre valentem et Nblem Tobolski Actorem Consularium Notarium circa Porrectionem Interrogatoriorum Specificatos et Nominatos examinari petentis et ulteriorem Dilationem Inquisitionis educendae Affectantis. Iam vero Actorea Parte contra Nblem ac Spblem Seryakubowicz nihil excipiente quinimo super inductionem Consentiente, contra vero Nblem Tobolski Actuarium excipiente ex eo quod Idem Nblis Tobolski Causae Citatorum fuerit Patronus et Terenclarius consequenter Testis fieri nequiret. Habito quod Decretum primitivum concessae Inquisitionis Parti utriq[ue] in instanti deducendae Die Vigesima Sexta Maij Anno eodem Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto intercesserit ac praefatus Nobilis Seryakubowicz Ibidem Cracoviae protunc praesens deinde ex Praedio recenter reversus licet aliqua Corporis debilitate non tamen Lethali morbo laborare diceretur; Ideo amputata ulteriori

+ in Consideratione

niori dilatione deducenda Inquisitionis in protellationem Justitiae per Partem Citatam affectata Grum Christophorum Rudnicki unum e gremio sui Commis=sarium ad Residentiam ejusdem Nblis ac Spblis Deryakubowicz Senioris Con=sulis ad excipiendum testimonium juxta Originalia Interrogatoria ejus=dem Partis Cittae deputandum fore declaraverat. Quo vero Spectabiles Per=sonam Nblis Zobolski Notarij Officij Consularis atq eadem in Causa Pa=troni seu Referendarij Causam in an=teriori termino judicialiter defen=dentis et contra Nblem Seingling rationes ad debilitandam seu tota=liter tollendam Causam ejus sat prolixe apponentes, Judicium prae=fatum Commissoriale eo attento, quod eadem Pars Citta jam Quatuor Testes ad deponenda Testimonia induxerit, nunc vero examinandi quinti Testis facultatem ab eodem Judicio sibi Con=cessam obtinuerit, Idem vero Nblis Zobolski Patronum et Defensorem Causae coram Judicio eodem sese exhibuerit ac ideo munus Testis subire nullatenus valuerit, Ideo eun=dem

dem Nblem Zobolski inadmissibilem sententiaverat, nihilominus hanc optionem Parti Citatae concesserat, ut si loco ejusdem excepti et non admissi Testis alium idoneum Testem fide dignum rei gestae bene gnarum statuere voluerit extunc Judicium illud judicialiter examinandum fore declaraverat. Et quoniam Pars Citata Nblem ac Spectabilem Tresler Consulem Cracoviensem in locum excepti Testis substituerat. Pars quoque Actorea nihil contra eundem Testem intulerat, nisi ad sua Interrogatoria examinandum praecustodiverat. Ea propter Judicium accelerando Justitiam ad examinandum eundem Testem accesserat. Tandem post expeditum examen et depositionem Nblium ac Spblium Deryakubowicz atque Tresler Judicium easdem Inquisitiones Partibus utrisque reponere et super incorruptionem Testium Juramentum praestare injunxerat. Quod Juramentum quoniam partes utraeque coram Judicio eodem observata Solennitate flexis genibus ad Imaginem Crucifixi Dni Nri Jesu Christi praestiterant, et Inquisitiones reposuerant;

Ideo

Ideo easdem Partes satisfecisse Decreto Judicij sui adinvenerat. Deinde Partibus praenominatis modo quo supra comparentibus et Controversias suas prolixe inductas reiterantibus: Judicium Commissoriale exauditis ejusmodi Controversijs ad Lectionem Inquisitionum praefatarum suo coram Judicio repositarum condescenderat. Quibus lectis et per Omnes Circumstantias matura Deliberatione trutinatis, Quoniam tam ex Literatorijs Documentis coram Judicio eodem reproductis quam ex ijsdem Inquisitionibus conformiter rem et Negotium Causae ejusdem enucleantibus manifeste pateret, Quomodo Nblis ac Spblis Magistratus Cracoviensis contra Ordinationes Smarum Divae Memoriae Stephani et Sigismundi Tertij Regum Poloniae in Urbe Cracoviensi per Commissarios factas, atque contra Consvetudinem eousque practicatam processerit, et non attento penultimo Statu Arendae pensae Minoris à Consvetudine juste et legitime Observata cum Manifesto Civitatis emolumento in Anno Millesimo Septingentesimo Quadra-

dragesimo expirante protunc Contra:
cti Arendatario pro Summa Quadrin:
gentorum Florenz Polonz tantum conducto
tempestivè ac in tempore utili publicatio:
ne Vacantis in futurum Arendæ olim Nbli
ac Spbli Zayfredt servienz ad Communita:
tem præmissa ad responsum ejusdem Com:
munitatis cum plus Offerentia Ducentorũ
Florenz Polonz et Specificatione olim Nblis
Wigura Civis Cracoviensis ad ejusmodi
Arendam concurrentis eundem Nblem
ac Spblem Zayfredt ad Contractum Aren:
datorium non aliter nisi accepta plus
Offerentia admiserat; Jam vero Inter:
venientibus Fatis, prænominati No:
bilis ac Spblis Zayfredt in Manifestũ
Ordinationum præfatarum Juriumq
Civitatis Præjudicium et damnum e:
mergens, procedendo eandem Com:
mergens, procedendo eandem Com:
sam Minorem pro Vacanti publica:
re et ad Notitiam Ordinum totiusq
Communitatis deducere non cura:
verint, quinimo Consulto præter:
mittendo et Nbli ac Frato Jeungling
Moderno Actore post Fata ejusdem
Nblis Zayfredt Uxoris suæ parentis
plus Offerentiam aliorum Ducenta:
rum Florenz: ita ut Arenda pro Octin:
gentis Florenz annualis Proventus locata

37

locata fuisset,/ in Communitate Offerente et Nblem ac Spbles ProConsulem et Plurimos Consules privatim adeunte, Schedulamq pro Sessione Sub data Die Decima Tertia Maij Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto à Nbli et Spbli ProConsule expectante, licet quidem ad Sessionem primam in Crastino Videlicet Die Vigesima Quarta Maij Idem Magtus Proconsul et Consules ad Praetorium congregati fuerint, nihilominus non praemissa Pensae Minoris pro Vacanti publicatione Successores Zayfriedtovianas /: inter quos idem Actor uti ejusdem Nblis Zayfriedt Gener conjunctus fuerat :/ Circa Possessionem Arendatariam ad Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae Anni ejusdem Millesimi Septingentesimi Quadragesimi Quarti Conservando in eodem Contextu favore Nblis et Spblis Caroli Toriani Collegae sui nulla praecedente Schaedula declarationem Officiosam promulgaverint, ac ipsum et Consortem ejus Primum ac Principalem Contrahentem ejusdem Minoris Pensae prae alijs Omnibus per Conclusionem Suam Declaraverint publicationem eandem in Ordine ad plus

plus Offerentiam satis temporis haben=
do fieri non curaverint, quinimo Die
Tertia Mensis Junij Anno eodem præ=
fato Nbli ac Spbli Carolo Toniani et Com
sorti ejus Contractum biennalem
Arendæ pro Summa Sexcentorum
florenorum polonorum tantum à Festo Nativi=
tatis S. Joannis Baptistæ inhoandæ
contulerint, insuper præfato Nbli ac
Strato Icingling coram Actis Consula=
ribus Casimiriensibus tam respectu non
præmissæ ad Communitatem provo=
canti ejusdem pensæ publicationis
et plus Offerentiæ Ducentorum flo=
renorum Communitati alijsq̄ Ordinibus
atq̄ personis Consulatibus notæ non
admissionis Manifestationem in=
ferente idq̄ Die Tertia Mensis Junij
Anno eodem Millesimo Septingen=
tesimo Quadragesimo Quarto Idem
Nbles ac Spbles Mgtus seu potius pro
illo tempore unum sentientes Con=
sules non attento meliori Civitatis
emolumento per plus Offerentiam
eveniendo remanifestatione per Nb=
bilem Kasierski Syndicum Civita=
tis sub Die Decima Septima Junij
facta in Commisso errore persisten=
do

do et ulteriores Comittendo cum evidenti partialitate in Crastino videlicet Die Decima Octava Mensis ejusdem super remanifestationem contra Nblem Jeingling die hesterna factam et super Mandatum ad Judicia Nostra Assessorialia sibi editam Consultari eandem remanifestationem Die hesterna factam quasi modo primum faciendam Concluserint et sub eodem Actu et praetextu praefatum Nblem et Spblem Toriani impensam Minorem necdum expleta possessione Successorum Zayffredlovianorum in Vigilia Festi Nativitatis S. Joannis Baptistae proxime imminente intromittendum declaraverint. Ad extremum absente protunc eodem Nbli Jeingling Actore Varsavia in Judicijs Assessorialibus Causas suas attentante Die Vigesima Tertia Junij Nblibus Notario et Regenti Actorum Civilium non convictis neque Citatis Possessoribus et praesertim Olim Nbli Ursula Zayffredlowna Nblis Jeingling Actoris primi Thori Consorte traditionem pensae minoris in posses-
sionem

sionem Nblis ac Spblis Toriani praecom:
miserunt taliterq non attenta Oposi:
tione ejusdem Nblis Scinglingowa et
Honesti Dibkowski Negotiatoris claves
reddere recusantium Die Vigesima
Quinta Junij summo mane circa:
horam sextam adhibito Brachio
militum Praetorianorum ex Man:
dato Nblis ac Spblis ProConsulis in
Residentia sui Nbli Regenti ad exe:
quendum dato ac eadem Traditio:
ne effectuata posteriori elapsis ali:
quot horis tempore Conclusionem
ac si ad effectuandum in Actis Con:
notari procuraverint. Ideo Judici:
um illud Commissoriale resolven:
do Suspensam Judicij Nostri As:
sessorialis Competenti Actoratu et
Actione adinventis pro praemissis
Omnibus temere attentatis Par:
tem Citatam nempe Nbles ac Spe:
ctabiles ProConsulem et Consules
in Sessionibus primitivis Die
scilicet Decima Quarta Mensis
Martij atq Die Tertia Junij et alijs
Subsequentibus in Anno Millesi:
mo Septingentesimo Quadrage

simo

39

rimo Quarto praesentes ac Protocollo
Specificatos jurejurando una cum a:
lijs circa installationem sui ad pro:
videndum publicum Bonum Civita:
tis obligatos ad Judicandum Amici
et inimici discrimine sublato nexu
Juramenti obstrictos metas Justitiae
excedentes punibiles sententiave:
rat, et Licet quidem graviores prome:
ruerint paenas, Nihilominus Judi:
cium illud ad Mitiores ex Clemen:
tia condescendendo decreverat.
Quatenus eluendo suum illicitum
progressum Quingentas Marcas
Polonic in usum Civitatis pro In:
stantibus expensis infrascriptis
convertendas ad Manus Deputa:
torum ab Ordinibus et Senioris
Communitatis. Jam vero Nbli ac
Spbli Zeingling Actori per Medi:
um videlicet Ducentas Quinqua:
ginta Marcas solverent et enu:
merarent, Deinde Nblis ac Spblis
Carolus Toriani seorsive ex Per:
sona sua Summam Quadringen:
torum Florenorum polonicorum ex damno
Civitati in Arenda pensae Mina:
ris non servata plus Offerentia
per

per se potita emergenti ad Manus co:
rundem Deputationum et Senioris re:
stituerent. Qui quidem Ordinum De:
putati totaq Communitas præfatas
pœnas Iudiciales Quingentarum
Marcarum et Summam Quingento:
rum florenorum Polonicorum modo quo su:
pra adjudicatam et restitutam Non
in alium finem nisi pro impen:
sis ad erigendum in Littoribus vil:
la Dgbie Ostaculum Convertenda
ad alias Summas colligendas Com:
portare tenebuntur, Nobilis quoq
ac Spblis Ioannes Dzianotty pro:
tunc in Magistratu Præsidens Procon:
sul pro Omnibus inconvenien:
tijs partialiter attentatis, et per se
ex persona Commissio in vim
mulctæ ac ut cæteri à Similibus
Arceantur Ducentas Marcas ad
Montem Pietatis Archiconfra:
ternitatis Misericordiæ Craco:
viæ consisten in Triduo solve:
ret. Quo demum Spectaret Litis ex:
pensas per Actorem prætensas
et Regestro per se Conscripto por:
rectas

rectas Judicium praefatum Commis-
sariorum Nrorum easdem Expen-
sas ad Summam Septingentorum
florenorum Polonicorum reducendo decre-
verat. Quatenus Actor idem Rege-
strum expensarum Litis compro-
baret, prout se traxerat in eam
Juramenti Rotham quia summa
praefatam Septingentorum flo-
renorum Polonicorum pro expensis
Juris in hac praecipue Causa cum
Nobilibus ac Spectabilibus Magistratu Craco-
vien. et Carolo Toriani Citatis re-
aliter erogaverant justè et legi-
timè sibi ad restituendum debe-
retur Deo et Sancta Jesu Xti Pas-
sione ita Ipsum in praemissis
adjuvante. Quod Juramentum
quoniam idem Actor observa-
ta Solennitate flexis Genibus
ad Imaginem Crucifixi Dni
Nri Jesu Christi coram eodem
Judicio praestiterat; Ideo eandem
Summam Septingentorum flo-
renorum Polonicorum pro Litis expensis

sis modo quo supra Actori adjudicatam et juramento evictam Nblis et Spblis Magnus per medium scilicet Trecentorum Quinquaginta floren Polon Nblis quoque ac Spblis Carolus Toriani similiter medium Videlicet Trecentorum Quinquaginta Floren Polon suprascrto Actori pro eo instanti solverent et enumerarent, idque sub pœnis Contraventionis per Judicium illud decernendis et pœna bannitionis perpetua, quæ jam extunc in Casu Contraventionis decreta fuerat et Terminus publicandæ suo coram Judicio Circa acclamandam Causam ad Continuationem conservatus fuerat peremptorius. Quo vero ad Nblem Gateczka Consulem Cracovien Licet quidem circa easdem Conclusiones hac in Causa intercedentes una cum alijs præsens fuisse deduceretur nihilominus; quoniam aliter senserat et votum suum partialibus aliorum Consulum votis dissonum pro bono publico justum et Convenienes pluralitate tamen suppressum dederat prout Officiosis Actibus binis

primo

primo quidem die Vigesima Septima Mensis Junij Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto, altero die Tertia Junij Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto, ex Actis Consularibus Cracoviensibus depromptis in vim praecustoditionis cum expressione duodecem punctorum mali Ordinis hactenus in Civitate practicati aliter se sensisse justificaret, et innocentiam suam expurgaret, Nblis quoq ac Spblis Trefler eidem praecustoditioni Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto per Nblem ac Spblem Gateczka primitivè facta adhaerendo alium sensum suum et Votum per subscriptionem ejusdem praecustoditionis alijs iniquis Votis contrarium se declarasse explicaret. Ideo Judicium memoratum Commissariorum Nrorum eosdem Nbles ac Spbles Gateczka et Trefler a rigore sui praescriptarum Poenarum alijs Proconsuli et Consulibus in eadem Causa gravaminosis Judicibus impositarum liberos fecerat et im-

muni

nunciaverat. Tandem in ulteriori tractu Cathegoriae ejusdem ratione praefatae pensae minoris post expiratum tempus Arendae Vacantis quoniam Nblis ac Spectabilis Magistratus Actoratu supra scripto bene praemonitus providendo meliori Bono Civili eandem pensam Minorem Hrato Carolo Tuszek Civi et Mercatori Cracoviensi observata publicatione et plus offerentia pro summa Mille Centum Viginti Florenorum pro uno Anno solvenda Arendatorium Contractum ad Triennium declaraverat et Deputati ab Ordinibus eandem declarationem acceptando nihil in Contrarium inferrent quinimo super eandem quota cum evidenti bono Civitatis provisa persisterent Honoratus quoque Tuszek Conditionibus in conclusione Sabbatho pridie Dominicae Exaudi Die Scilicet Vigesima Prima Mensis Maij Anno eodem Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto expressis se satisfacturum Offert; Ideo circa eandem Conclusionem laudabili Zelo Boni publici Urbis factam Nblem ac Spblem Magistratum et Honoratum Tenutarium Judicium illud Commissa:

missariorum Nrorum conservandum con:
suerat ac in futurum servata plus Offe:
rentia Contractus expediendos praecom:
miserat. Quantum spectat pensam ma:
joremq; Quoniam Nblis ac Spblis Michael
Awedyk Consul Cracoviens reproducit
Contractum Triennalem mediante
Conclusione Nblis ac Spblis Magistra:
tus pro summa Sexcentorum florenz
Polonicalium Annuatim pendenda
sibi ac Nbli et Spbli Victoria Behmo:
wna Consorti suae Die Decima Octa:
va Mensis Junij Anno Millesimo
Septingentesimo Quadragesimo
Quarto collatt Ideo eundem circa
Possessionem Arendae Ejusdem pen:
sae majoris conservandum consu:
erat Salva in posterum expirante
Contractu publicatione et plus Offe:
rentia per Nblem ac Spblem Mgtum
et Ordines totamq Communitatem
rigide observanda, Actumq Commis:
sionis suae ad Diem Decimam Octa:
vam Junij limitaverat. Quo in Ter:
mino post inscriptam Comparitio:
nem Partium cum Pars Actorea
videlicet Deputati Zratae Commu
nitatis.

nitatis comportationem Contractuum ratio:
ne Bonorum Praedialium Civitatis inter:
cedentium et Summarum perceptarum ju:
stificationem in quos Usus conversae
fuerint per Nblem ac Spblem Magistratum
praestandam affectaret ex Adverso
verò Nbles ac Spbles Deputati à Ma:
gistratu justificationem ad praemis:
sa facere volentes comportationem
Contractuum et Documentorum si
in Cancellaria inveniri poterint, of:
ferrent determinationem tantum:
modo temporis à Judicio eodem ex:
poscerent: Judicium Controversijs
exauditis necessariam esse ante o:
mnia Comportationem Contractuum
Responsionum Conclusionum ac
quorumvis documentorum super Sum:
mas ex Tenuis Bonorum Allodia:
lium Civitatis atque ex quibusvis Exa:
ctionibus perceptas et quovis modo
ad Magistratum devolutas ab An:
no Millesimo Septingentesimo
Decimo Nono effectuandam Sen:
tentiaverat. Quatenus pars Citata
videlicet Nblis ac Spblis Magistra
tus Cracoviensis praemissa Omnia Do:
cumenta ad Cathegoriam praesentem
spe:

spectantia Comportaret et Parti Acto:
rea communicaret, idq instantaneè
Sub pœnis Contraventionis Tandem
Actum suum Commissionis ad Feria
Quintam Vigiliæ Festi Nativitatis Jo:
annis Baptistæ ultimati ad Feriam
Secundam Ante Festum Sanctorum
Petri et Pauli Apostolorum diem sci:
licet Vigesimam Septimam Mensis
Junij Anni ejusdem ad Obnixam
Nblis ac Splblis Magtus expostula:
tionem, ob Absentiam Procurato:
rum suorum aliquot Milliaribus
Cracovia in Commissione certa com:
morantium limitaverat. Quo rur:
sus in Termino Judicium Commissa:
riorum Nrorum quando quidem Pars
Actorea per Delegatos suos nomine
Ordinum et totius Communitatis post
Revisionem Regestrorum sibi Commu:
nicatorum Notabiles prætensiones ad
Nblem et Splblem Magistratum ac alios
innotescitos Exactores in scripto por:
rigendo de summis per Excerptum
Ex iisdem Regestris protunc porre:
ctum specificatis et per Exactores Va:
riarum contributionum ad Ærarium
Civitatis comportatis per eundem Ma:
gistratum seu per Nbles ac Splbles Pro
Consules mediantibus assignationibus

ad Exactores emanatis et ad solvendum in=
junctis / in quosnam Usus praefatae Summae
conversae fuerint / rationes dari praeten=
deret. Jam vero Ublis et Spblis Magistra=
tus Dilationem justi temporis ad justi=
ficandum sibi concedi exposceret: Qua=
propter Judicium toties repetitorum
Commissariorum Vrorum affectatam
Dilationem deducendae Realitatis ex=
pressarum Summarum et praestandae
justificationis ad Terminum infrascri=
ptum dederat et concesserat. Quo intenti=
tio teneri Partes utrasq. Calculationem
de praemissis coram Vris Commissariis
per illud Judicium Delegatis Quatuor
absentia tamen Unius vel duorum
minime obstante dum modo bini adfu=
erint expedire, Retenta quoq. Contribu=
tionum per exceptum ex Calculatio=
nibus in Antecessam cum Exactoribus
expeditis specificata per Delegandos à
Magistratu et Ordinibus repetere ac
in emolumentum Civitatis et Usus ne=
cessarios convertere sententiaverat.
Et eo fine Actum Commissionis suae ad
Feriam Quartam post Festum Sancti
Francisci Confessoris proximam Di=
em nempe Quintam Mensis Octobris
Anni protunc currentis juxta affecta=
tionem Partis Citatae limitaverat.

Tandem

Tandem in Termino ex eadem Limitatione pro:
veniente Judicium præfatorum Commissari:
orum Rrorum ad affectationem Nblis ac Spe:
ctabilis Magtus Cracoviensis Legalitatem ex:
pediendorum Nunciorum ad Comitia Re:
gni Varsaviæ protunc nuper inchoata Op:
ponentis Actum Commissionis suæ ad
Diem Decimam Septimam Mensis Octo:
bris Anni ejusdem Millesimi Septin:
gentesimi Quadragesimi Sexti limita
verat cum ea nihilominus Declaratione
Quatenus Stante ejusmodi limitatione
Partes Decreto suo Anteriori satisfaci:
endo Calculationes Coram Deputatis
ex Stuba Judiciali Commissariorum
expedirent conservando Partibus Ter:
minum Comparendi peremptorium. Ex:
post in eodem Termino ex prædicta li:
mitatione cadenti Partibus legitimè
comparentibus, Judicium memorato:
rum Commissariorum Rrorum Parti:
bus ut supra personaliter Comparen:
tibus; Quoniam Pars Actorea de non:
nullis perceptis per Nblem ac Splem
Magtum certis summis particulari:
bus à Personis Jus Civilis suscipien:
tibus rationem per Eundem Nobilem
ac Splem Magistratum præstandam
affectaverat easdemq. summas ad æra:
rium Civitatis juxta præscriptum Decre:
torum in Judicijs Rrijs Assessorialibus
latorum spectare allegaverat. Jam vei
ro in oppositum Pars Citata Privilegium
Divo

Quia Memoriæ Serenissimi olim Sigismundi Tertij Praedecessoris Nostri de Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Primo produxeras quo mediante ejusmodi contingens à Personis Jus Civile Suscipientibus pendi solitum Proconsuli et Consulibus totiq[ue] Magistratui in commodum ipsorum privatum Jure perpetuo est Collatum. Ideo eundem Nobilem ac Spectabilem Magistratum ad praestandum Calculum de eodem contingenti non teneri sententiaverat, quinimo liberos fecerat et pronunciaverat. Quo verò ad Cathegoriam Retentorum ex Varijs Exactionibus circa Calculationem specificatorum non tamen distinctim et cum debita explicatione expressorum. Praelibatum Judicium Nostrum Commissoriale providendo meliori Civitatis emolumento decreverat. Quatenus Nobilis ac Spectabilis Magistratus unum ex Consulibus, Ordines quoq[ue] Mercatorialis et Contubernalis sive Mechanicus unum è Medio sui idoneum Virum sine intermissione eligerent, et constituerent. Qui taliter electi et constituti requisitis et convocatis Exactoribus Contributionum jam liquidatarum ejusmodi Retenta repetibilia exigere irrepetibilia seorsim

sim connotare tenerentur pecuniam ex
ejusmodi Retentis perceptam in Aerario
Civitatis sub Cura sua ad ulteriorem Di:
spositionem conservare deberent. Si
verò praetensiones aliquas Retento:
res Contributionum contra Civitatem
Opponerent, extunc ejusmodi praeten:
siones ad Decisionem Judicij Commis:
sorialis connotari curarent et reser:
varent. Nihilominus contingens Re:
tentorum non attenta praetensione
Retentoris exigere tenerentur sub poe:
nis Contraventionis, et Actum suum
ad Crastinum limitaverat. In Quo Termino
cum Partes legitimè comparerent, Judi:
cium Commissoriale ad Lectionem Calcu:
lationum coram Deputatis è medio sui
Commissarijs expeditarum seorsim ad
quamlibet Cathegoriam contra Successo:
res olim Nblis ac Spblis Sigismundi Za:
lewski Consulis Cracovien. decidendam
condescenderat. Quo circa lecta ejusmo:
di Calculatione per Nblem ac Spblem
Josephum Zalewski Filium et Successo:
rem praefati Lonhaeri praestita; Quoniã
Judicio suo manifeste pateret praefa:
tum olim Nblem ac Spblem Sigismun:
dum Zalewski Officium Lonhaeratus
Civitatis Cracovien. ab Anno Millesimo
Septingentesimo Secundo ad Annum
Millesimum Septingentesimum Sec:
tum administrasse eodemq. interstitio
tem:

temporis varias calamitates per incursionem Sveticam intercessisse Relenta in Registris specificata Nbli ac Spbli Magistratui tempestive porrexisse. Jam verò brevi tempore aliam Calamitatem publicam nempe pestiferam contagionem ibidem in Urbe Cracoviensi ac in toto Regno subsecutam fuisse. Deinde post fata Parentis sui eundem Nblem ac Spectabilem Josephum Zaleski Successorem suo et aliorum Consuccessorum nomine Liquidationem Registrorum per Parentem porrectorum Officiose à Nbli ac Spectabili Magistratu affectasse Nblem verò Magistratum pro illo tempore nempe in Anno Millesimo Septingentesimo Decimo Quinto in Officijs suis unà cum Deputatis ab Ordinibus remissos fuisse et ejusmodi liquidationem Registrorum Lonhaeralium repetitioneq̃ neglexisse. Ideo Judicium illud Commissoriale eo in consideratione habito quod à tanto tempore haec Cathegoria neglecta fuerit, et negligentiae Magistratus ac Deputatorum imputari debuerit. Jam verò plurimi ex Magistratu et Communitate decesserint, eandem Cathegoriam incompetenter introductam fuisse Sententiavérat, et Praefatos Successores Zalescianos atq̃ Magistratum

Praesentaneum à [illegible] causa et Actione ac quavis impetitione et Praetensione causati damni liberos fecerat et pronunciaverat, perpetuum in praemissis imponendo silentium. Deinde quantum spectaret Cathegoriam contra Nblem ac Spblem Lasarum Deryakubowicz in Anno Millesimo Septingentesimo Undecimo Die Sexta Martij, electum Lonhaerum eodem in Termino inductam lecta Calculatione hoc in negotio expedita attentisq Documentis et Liquidationibus per Nblem ac Spblem Magistratum in Añno Millesimo Septingentesimo Decimo Tertio Die Undecima Mensis Januarij atq in Anno Millesimo Septingentesimo Decimo Quinto Die Nona Februarij, mediantibus Responsis Ordinum Totiusq Grata Communitatis in eodem Negotio intercedentibus, Licet quidem Judicio Commissoriali deductum fuisset eundem Nblem ac Spblem Lasarum Deryakubowicz Lonhaerum rite et legitime Officium suum administrasse, et in arctissimis necessitatibus Civitatis Summas proprias praenumerasse, ultimam Quietationem à Toto Magistratu obtinuisse, totamq Civitatem de praetensionibus suis quietasse. Nihilominus quoniam Summam Decem Millium Ducentorum Triginta Florenorum grossorum Octo, Obulorum Novem Polonicalium Retentorum pro Annis qua-

Quatuor in Regestris suis specificaverat Quietationem plenariam ab Ordinibus Obtinere non curaverat, Nblis quoq ac Spectabilis Magistratus vindicationem ejusmodi Retentorum totaliter neglexerat, Ideo habita ratione Ipsius provecta Aetatis attenta quoq teneritudine conscientia cujus motivo ad evasionem Juratoriam sese traxerat in eam Juramenti Rotam prout Retenta in Regestro Lonhaerali specificata realiter expresserit, nec quidem à Retentoribus post correctum Regestrum receperit nec in quopiam Aerarium Civitatis injuriaverit. Proinde eundem admissibilem advinvenerat. Quod Juramentum quoniam Pars Actorea Nbli ac Spbli Lasaro Deryakubowicz indulserat ideo in praemissis liberum fecerat et pronunciaverat. Porro quantum spectaret Cathegoriam ex ratione Lonhaeratus olim Nblis ac Spblis Stanislai Szymankiewicz ab Anno Millesimo Septingentesimo Decimo Quinto ad Annum Millesimum Septingentesimum Decimum Octavum

administrati

administrati contra Nblem ac Sblem Magistratum introductam; Licet qui dem Successores Szymankoviani Inznotescitì in eodem Termino dispa rerent; Nihilominus quoniam ex Parte Magistratus produceretur in Originali Calculatio per Deputatos a Magistratu et Ordinibus Die Nona Mensis Januarij Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo expedita. Qua mediante de percep tis et expensis idem olim Nblis ac Sblis Szymankiewicz se justificaverat Summamq Duorum Millium Septingentorum Quadraginta unius Florene grossorum duodecem sibi deberi specificaverat; Jam vero summam Decem Millium Nongentorum Quadraginta Unius Florene grossorum Octo Denariorum Novem in Retentis demonstraverat, atq repetibilia cum superata suprascripta in satisfactionem remissus fuerat; Ideo Judicium Commissariorum Nrorum attento non subsecuto repetitionis seu Vindicationis Retentorum effectu Ejusmodi Actum negligentiae non tantum Lonharo sed

et Successoribus Eius atq Magistratui seu Personis Consularibus pro illo tem=pore superviventibus imputandum fore declaraverat. Hac nihilominus facta Nbli ac Spbli Magistratui declaratione Quatenus inhaerendo Decre=tis Iudiciorum Nrorum Assessoria=lium et Commissorialibus in ante=cessum prolatis et praesertim Anni Millesimi Quingentesimi Octuage=simi Sexti similia Resenta etiam subsecuto aliquo tractu temporis in repetendo neglecta praecommitten=tibus suprascriptus Nblis ac Spblis Magistratus prout ad repetenda Resenta adstrictus ita eadem quoq per olim Nblem ac Spblem Szyman=kiewicz in Registris eodem in Ter=mino productis specificata modo et norma in anteriori Decreto suo expressa vindicare et repetere omni=no curaret, et ad Ærarium Civitatis summas repetitas Deputatisq ab Ordinibus ad massam repetendorū comportaret idq sub rigore in ante=rioribus Decretis suis expresso in Causa negligentiae et contraventionis

super

super eodem Magistratu irrogando
et extendendo. Tandem Feria Sexta
post Festum Sancti Lucae Evangelistae
Die videlicet Vigesima prima Men=
sis Octobris Anni Millesimi Septin=
gentesimi Quadragesimi Sexti idem
Judicium Commissoriale Actum su=
sum ad Diem Vigesimam Quartam
Mensis et Anni ejusdem cum Con=
servatione Partibus Termini limi=
taverat. Quo in Termino cum Partes
et quidem Deputati ab Ordinibus
Actores tum Nblis et Spblis Magtus
nec non Successores olim Nblis ac
Spblis Francisci Toriani qua innote=
sciti legitimè comparerent, et Acto=
rea Pars desolationem lapidearum
Civilium per Neglectam in tempore
reparationem Successoribus Toria=
nianis stante Senhaeratu Parentis
eorum Subsecutam fuisse objicerent,
Nbli verò ac Spbli Magistratui omis=
sam curam et diligentiam imputa=
rent. Judicium praefatorum Commis=
sariorum Dnorum eô in considera=
tione habito. Quoniam utraeque Partes
de Conscriptione Inventarij circa
electionem

electionem primitivam olim Nblis ac
Spblis Toriani in Sonhorum Civitatis
Anno Dñi Millesimo Septingentesi=
mo Decimo Nono factam non docce=
rent ac per totum Tractum Officij ejus=
dem olim Spblis Toriani Sonhorii de
ejusmodi desolatione nihil egerant
neq aliquam diligentiam officiose
factam vel requisitionem aut que=
relam de injuria Civitati exinde
Subsecuta producerent quinimo
Spblis Mgtus Propositioibus suis
ad Communitatem de necessarijs
impensis pro reparatione ejusmo=
di saepius iteratis ex Colloquiario of=
ficij sui Consularis depromptis se
se justificaret. Ad extremum Succes=
sores Nblis olim Toriani Calculatio=
ne per Deputatos tam à Nbli ac spe=
ctabili Magistratu quam Ordinibus
stante vita Parentis Ipsorum Die
Vigesima Prima Augusti Anno
Dñi Millesimo Septingentesimo=
Quadragesimo facta de Perceptis
et Expensis usq ad Annum Mille=
simum Septingentesimum Trigesi=
mum

